

UAN

IDAD AUTÓNOMA DE NUEVA  
CCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

BX2128

.L3

53

1753

RAID



1080045437



DYPS MICROFILMADO 13  
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN  
SILLA ALUMNA DE LA UNIVERSITATIA

30.  
DIES  
SACRA

Per loca:  
**SACRÆ SCRIPTURÆ**

Progredivs.

EDITIO SECUNDA

Auctore

JANNE SCOTTI  
Societatis Jesu



46351

S. S. BONONIE,

Typis Lachii & Vulpe. (1753)  
Superiorum permitti.

B22178

L3

53

1753

Vespere, mane, & meridie narabo;  
& annuntiabo;  
& exaudiem vocem meam.  
Psal. 54.

FACULTAD DE BIBLIOTECA PÚBLICA  
DEL ESTADO DE NUEVO LEÓN

132774

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

3

## INTRODUCTIO.

Prodiit jam libellus iste super-  
presso Auctoris nomine, at-  
que adeo inscio Auctore,  
qui sibi illum ex variis Scriptu-  
ra lotis descripsérat, ut cum Deo  
Optimo Maximo Divino Idiomate  
interdù colloqueretur. Verum  
cum plurimi Religiosi Homines  
rabí se cognoscerent sacro hoc in  
primis sermone, ad pietatemque  
mirifice commouerí, auctori sup-  
plicavere, ut auctum, atque ex  
majori parte reformatum typis  
iterum consignaret. Opusculum  
reformatum, atque auctum da-  
tum est typis Bononia anno 1736.  
Cum autem plura adhuc desse,

A 2

6

<sup>4</sup>  
Et in pluribus reformari visum  
effer auctori, in lucem tandem  
ab Autore proditum est. Habet  
in eo Religiose Lector, quomodo  
ab ipsa excitatione Matutina ad  
ipsam usque nocturnam corporis  
quietem diuinis actiones omnes  
ex ordine prosequaris piis qui-  
busdam alloquis, quorum non  
sensa modo, sed verba etiam  
omnino omnia ex Sacris Biblio-  
rum libris decerpta sunt, atque  
collecta. Placuit singulis quibus-  
que affectibus titulam praescribe-  
re, ut invenire facilius possis,  
quo te juvari magis sentias,  
atque percelli. Vale.

---

## PARS PRIMA.

*A mane ad meridiem.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

®

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

PARS

<sup>4</sup>  
Et in pluribus reformari visum  
effer auctori, in lucem tandem  
ab Autore proditum est. Habet  
in eo Religiose Lector, quomodo  
ab ipsa excitatione Matutina ad  
ipsam usque nocturnam corporis  
quietem diuinis actiones omnes  
ex ordine prosequaris piis qui-  
busdam alloquis, quorum non  
sensa modo, sed verba etiam  
omnino omnia ex Sacris Biblio-  
rum libris decerpta sunt, atque  
collecta. Placuit singulis quibus-  
que affectibus titulam praescribe-  
re, ut invenire facilius possis,  
quo te juvari magis sentias,  
atque percelli. Vale.

---

## PARS PRIMA.


*A mane ad meridiem.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

®

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

PARS



---

IN EXCITATIONE  
MATUTINA.

*Cor suum tradet ad vigilandum  
diluculo. Eccli. 39.*

Deus, Deus meus ad te de luce vigilo. Confurgam diluculo, & stabo coram Domino, qui fecit me, ut videam gloriam ejus, & vivam in conspectu ejus. Adorabo, & omnipotentem deprecabor, & confitebor illi, quoniam in xternum misericordia ejus. In matutinis meditabor, quia est adjutor meus.

Ad te levavi oculos meos,  
qui habitas in celis. Ad te  
Domine Domine oculi mei.  
Ad te levabo animam meam.

A 4 Ora-

Orabo, & mane exaudies vocem meam.

Deus in adjutorium meum intende. Domine ad adjuvandum me festina. Exurge, Domine, & dissipentur inimici mei. Exurge Domine Deus virtutum, Deus Israel. Exurge in adjutorium mihi, Domine ne moreris.

Qui decorem, & fortitudinem induisti, amictus lumine, sicut vestimento, indue me fortitudine, & virtute tua præcinge me. Fac ut induam novum hominem, qui secundum Deum creatus est, ut induar decore, & honore ejus, quæ a te Deo est, sempiterne gloriæ.

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LAU.

## LAUDES DIVINÆ.

### IN SURRECTIONE MATUTINA.

*Ut surgerent mane ad confitendum,  
& canendum Domino.*

1. Paral. 23.

**D**omine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo. Confitebor tibi. Invocabo te, & laudabo in ortu surgentis auroræ, dum te laudant simul astra matutina, & jubilant omnes filii Dei.

Lætabor, & exultabo in te. Psallam nomini tuo altissime, & annuntiabo mane misericordiam tuam. Quia delectasti me in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. Videbo calos.

A 5 tuos,

tuos, opera digitorum tuorum ; lunam, & stellas, quæ tu fundasti.

Cantabo tibi ; gloriose enim magnificatus es . Omnipotens nomen tuum . Ante diluculum præparatus egressus tuus . Psal-lam tibi gloria mea . Psallam tibi , qui gloriosus de sepulcro surrexisti diluculo . Psal-lam tibi , qui ascendisti super cælum cæli ad orientem . Jubi-labo tibi in voce exultationis . Qui regnas super gentes , & se-des super sedem sanctam tuam . Exaltare super cælos Deus , & su-per omnem terram gloria tua .

Per singulos dies benedicam tibi , & laudabo nomen tuum in seculum , & in seculum seculi . Laudabo nomen tuum assidue , & collaudabo illud in confessio-ne . Benedicam te in vita mea , & labiis exultationis laudabit

os meum . Laudabo te Deus meus , & in diebus meis invoca-bo , donec dies sancta elucescat ; donec videam diem tuum Do-mine ; diem , in quem jam nunc gaudeo , & exulto .

Cantabiles mihi erunt justifi-cationes tux in loco peregrina-tionis mex . Vivet anima mea , & laudabit te ; anima mea , quam redemisti ; sed & lingua mea meditabitur justitiam tuam ; annuntiabit de die in diem salu-tare tuum .

Memor ero multitudinis mi-sericordia tux . Confitebor tibi in seculum . Cantabo fortitu-dinem tuam ; in generationem , & generationem laudem tuam . Adjutor meus tibi psallam , quia Deus susceptor meus es ; Deus meus misericordia mea . Domine Deus meus in æternum confite-bor tibi .

12

Qui fecisti, ut oriretur in celo  
lumen indeficiens, & super fi-  
lios hominum spargis lucem,  
illumina vultum tuum Domine  
super me, & in viis meis splen-  
deat lumen tuum. Oriatur sol  
julitrix timentibus nomen tuum,  
& illuminetur omnis terra glo-  
ria tua.

---

POST SURRECTIONEM  
MATUTINAM.

Primitias tuas non tardabis red-  
dere. Exod. 22.

Laudat, & gratias agit.

D Omine Deus meus Creator  
celi, & terræ, qui lucem  
inhabitatis inaccessibilem. Tuus  
est dies, & tua est nox. Tu fa-  
bricatus es auroram, & solem,  
quem oriri facis super bonos,

&

13

& malos. Benedico te, quia  
vocasti me de tenebris ad lu-  
cem.

Ego dormivi, & soporatus  
sum, & exsurrexi, quia tu fu-  
scisti me. Factus es protector  
meus, & in requie mea reple-  
tus sum bonis. Repletus sum  
mane misericordia tua. Exulta-  
vi, & delectatus sum. Replea-  
tur os meum laude, ut cantem  
gloriam tuam; tota die magni-  
tudinem tuam.

---

Offert bolotanum orationis.

A D te Deus meus de luce vi-  
gilo, ut adorem, & laudem  
te; & prævenerunt oculi mei ad  
te diluculo, ut meditarer elo-  
quia tua, & ad ortum lucis te  
adorarem. Introibo in conspe-  
ctu tuo in exultatione, & adsta-  
bo

bo tibi. Aperiam os meum in oratione, & in conspectu Altissimi deprecabor. Offeram holocaustum matutinum, & dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.

ALERE FLAMMAM

---

*Petit sanctificari primitias  
diei.*

TU, Domine Rex meus, & Deus meus, Dominus universorum tu es. Deus meus es tu. In manibus tuis sortes meæ. In simplicitate cordis mei latutus tibi offero universa. Omne quodcumque faciam in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi.

Sanctifica diem istam, ut delecter in matutina oblatione primitarianum mearum, ut in letitia serviam tibi, & reddam tibi

tibi vota mea de die in diem. Sanctifica me in veritate, ut sint accepta opera mea per dilectum Filium tuum, qui clarificavit te super terram, & in quo tibi complacuisti. Per quem est tibi honor, & gloria in omnes generationes.

---

*Divinam protectionem implorat;  
& SS. Angelorum custodiam.*

E Sto mihi in Deum protectorem, & in locum refugii. Fortitudo mea, & laus mea sis mihi in salutem. Ne elongaveris auxilium tuum a me: ad defensionem meam conspice. Erue me a persequentibus me; libera me.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre; spes mea ab uberibus matris meæ. In te con-

16

confirmatus sum ex utero . De  
ventre matris meæ Deus meus es  
tu . Ne discesseris a me . Inten-  
de in adiutorium meum Domi-  
ne Deus salutis meæ , & usque  
in senectam , & senium ne dere-  
linquas me .

Qui mandasti Angelis tuis de  
me , ut custodiant me in omnibus  
viis meis , mitte Angelum san-  
ctum tuum , qui præcedat me ,  
& custodiat in via , & introdu-  
cat in locum , quem parasti  
mihi .

---

*Postulat divinam Sapientiam ;  
& cognitionem Iesu Christi .*

**Q**ui fecisti omnia verbo tuo ,  
& sapientia tua constitueristi  
hominem Creator omnipotens ;  
Deus potens , & metuendus ni-  
mis , da mihi sedium tuarum  
affi-

17

assistrinem sapientiam , ut sciam ,  
quid sit placitum in oculis tuis ,  
& quid directum in præceptis  
tuis .

Mitte illam de cælis sanctis  
tuis , & de sede magnitudinis  
tux , ut tecum sit , & tecum  
laboret , quoniam servus tuus  
sum ego . Deducat me in operi-  
bus meis , & custodiat me in tua  
potentia , ut nomen sanctum  
tuum collaudem , & glorier in  
mirabilibus tuis , & sciam , quia  
omnium potentior est sapientia ,  
& sermo tuus eos , qui in te  
crediderint , conservat , & in  
omni loco , & tempore assistis  
illis .

Sit splendor tuus Domine su-  
per me , & lumen intelligentiæ  
oriantur in me , ut cognoscam te  
solum verum Deum , & quem  
misisti Iesum Christum , & cre-  
scam

scam in gratia , & cognitione  
ejus , & semita mea sit quasi lux  
splenders , & crescens usque in  
perfectum diem .

*Invocat Spiritum Sanctum.*

**Q**ui noster solus cor filiorum  
hominum , mitte Spiritum  
Sanctum tuum de altissimis , &  
da timorem tuum in corde meo ,  
ut non recedam a te ; sed am-  
bulem in via tua , & servem se-  
mitas justitiae , & viam Sancto-  
rum custodiam , perficiens san-  
ctificationem in timore tuo , &  
gratias agens tibi , omnibus die-  
bus vita mea , quia tu es Deus  
noster , & laudabimus te in sa-  
cula saeculorum . Amen .

ANTE

---

### ANTE MENTALEM ORATIONEM.

*Ante orationem prepara animam  
tuam . Eccli . 28.*

**Q**uis mihi tribuat , ut deside-  
rium meum audiat Omnipotens ?  
Quis mihi det , ut co-  
gnoscam , & inveniam illum ,  
& veniam usque ad solium ejus ,  
& intelligam , quid loquatur  
mihi ?

Surgam , & ascendam ad  
montem Domini . Ascendam ,  
& adorabo , & deprecabor fa-  
ciem ejus . Scrutabor testimonia  
ejus ; & meditabor eloquia ejus .  
Procidam ad pedes ejus . Ex-  
pandam manus meas , & effundam  
cor meum in conspectu  
illius

Ap.

Appropinquabo, & stabo coram illo, & prætolabor cum silentio salutare ejus, donec emitatur ab Altissimo visitatio, & accipiam de doctrina illius, & illuminer a facie verborum Sanctorum ejus.

Accede anima mea: accede ad tabernaculum sanctum Domini: accede, ut adores Dominum Deum tuum, ut loquaris cum Deo tuo, & audias quid loquatur in te Deus tuus, & obedias voce ejus.

Declinate a me maligni, & scrutabor mandata Dei mei.

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine.

---

## IN INGRESSU AD ORATIONEM.

*Vacate, & videte, quoniam ego sum Deus. Psalm. 45.*

**V**idi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cali affilientem ei a dextris, & a sinistris. Magnus, & terribilis super omnes, qui in circuitu ejus sunt.

Excellens, & sublimis, habitans aeternitatem; & sanctum nomen ejus in excelso: in sancto habitans: thronus ejus flammæ ignis: splendor in circuitu ejus, & implens omnia majestas ejus.

Humiliare anima mea, & adora. Ecce Deus tuus, in cuius conspectu cadunt Angeli in facies

<sup>22</sup>  
cies suas. Ipse est Deus vivens,  
Dominus majestatis. Procide in  
faciem tuam, & adora Domi-  
num Deum tuum.

Intret oratio mea in conspe-  
ctu tuo Domine.

---

### IN PRINCIPIO ORATIONIS.

*In conspectu Altissimi depre-  
cabor. Eccli. 28.*

*Pavet ante conspectum Domini.*

**D**omine Deus, fortis, ma-  
gne, atque terribilis; ad  
cujus nutum pavent celi, &  
contremiscunt; a cuius facie si-  
let omnis terra, corruo pavens  
in faciem meam ante conspe-  
ctum tuum; ante oculos maje-  
statis tuz.

Quis ego sum, ut appaream

co-

<sup>23</sup>  
coram Domino, & ad Omnipo-  
tentem loquar? Ego pulvis, &  
cinis: putredo, & vermis: ho-  
mo vilis: homo peccator. Qui  
non sum dignus intueri, & ad-  
spicere altitudinem celi pre-  
multitudine iniquitatum mea-  
rum. Quis ego sum, ut appro-  
pinquem ei, quia immundus  
sum?

---

*Humiliatur in conspectu  
Domini.*

**E**T nunc fortissime Deus spiri-  
tuum universit carnis homi-  
nis, in conspectu Angelorum  
adoro te. Flecto genua mea, &  
tremens sto ante pedes tuos, &  
prostratus humilio animam me-  
am in conspectu tuo.

*Offert*

*Offert orationem suam  
Domino.*

**L**evo ad te manus meas, & invoco te Deum omnipo-tentem, & offero tibi Deus al-tissime in hac hora, in qua adi-to coram te, orationem meam. Suscipe eam de manu Sancti An-geli tui, ut sit oblatio digna; incensum suavissimi odoris; Sa-crificium sanctum; & fiat tibi acceptabilis per dilectum Filium tuum Jesum Christum.

Qui sanctificaris in iis, qui appropinquant tibi, fac ut san-cificem in hac hora te Deum Sanctum; & perveniat oratio mea ad habitaculum Sanctum caeli.

*Petit*

*Petit visitari a Deo  
in oratione.*

**O** Stende mihi Deus meus majestatem, & magnitudinem tuam, ut exultem tibi in timore, ac tremore sancto; os-tende lucem miserationum tua-rum; converte vultum tuum ad me, & non avertas faciem tuam a me in indignatione tua.

Memento mei Deus meus; visita me in salutari tuo: ef-funde aquas super sicutem, & fluenda super aridam animam meam; effunde Spiritum San-ctum tuum, & emitte fontem sapientiae verbum tuum Domi-ne.

B

*Illus.*

*Illuminari, & accendi.*

**Q**ui illuminas mirabiliter a montibus aeternis ; lux vera , quæ illuminat omnem hominem , faciem tuam illumina super me ; fulgura coruscationes , & emitte radios ab illuminatione vultus tui : egrediatur ignis a facie tua , & cor meum inflammet eloquium tuum , & in meditatione sancta exardescat , ut surgam ab oratione confortatus in te , & in potentia virtutis tuae ex confortio sermonis tui .

Meditatio cordis mei in conspectu tuo Domine .

**IN FINE ORATIONIS.**

*Descenditque Moyses de monte .  
Exod. 19.*

**D**omine ad quem ibimus ? Verba vita aeternæ habes . Quam dulcia fauicibus meis eloqua tua ! igitur vehementer eloquium tuum . Et nunc Domine confortatus in te surgam ab oratione ; recordare quod steterim in conspecto tuo ; benedic egredientem de tabernaculo tuo ; & visitatio tua custodiat spiritum meum . Amen .

## POST ORATIONEM.

*In corde meo abscondam  
eloquia tua.*

*VALEB FLAMMAM  
VERITATIS*  
Plal. 118.

**A**doravi, & Omnipotentem deprecatus sum; quæsi vi Dominum in oratione mea; collectata est cum eo anima mea; os meum aperui, & atraxi spiritum. Eloquium Domini inflammavit me; concalluit cor meum intra me, & confirmatus sum.

Manus meas extendi in altum; animam meam direxi ad Dominum, & in agnitione inveni illum. Benedictus Dominus, qui tribuit mihi intellectum; benedictus Deus, qui

non

non amovit orationem meam, & misericordiam suam a me.

Propter hoc non derelinquar; latabitur anima mea in misericordia illius, & non confundetur in laude ipsius; in testimoniiis ejus delectabor; labor super eloquia ejus, quia exultatio cordis mei sunt.

Confortabor in te Deus meus, & in lumine tuo ambulabo: lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis: mirabilia testimonia tua: declaratio sermonum tuorum illuminat.

Et nunc Domine Deus Omnipotens in misericordia tua vivifica me, & custodiam testimonia oris tui; in corde meo abscondam eloquia tua. Confirma me in verbis tuis, & gressus meos dirige secundum elo-

B 3 qui um

30

quium tuum, ut inhæream tibi, & ambulem coram te in veritate, & corde perfecto.

Custodi me, & da mihi constantiam, & contemnam inimicos meos; & virtutem, & evertam illos. Adjuva me, & salvus ero, & meditabor in justificationibus tuis semper; & meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi nimis. In lege tua sit voluntas mea, & in lege tua die, ac nocte meditatio mea.

31

## LAUDES DIVINÆ

EX

### OPERIBUS CREATIONIS.

*Ut recordarentur operum ejus  
& glorificarent, & laudarent  
Dominum Deum Israel.*

1. Patr. 6.

Benedic anima mea Domino:  
Domine Deus meus magnificatus es vehementer. Deus meus es tu, & confitebor tibi:  
Deus meus es tu, & exaltebo te; confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es; mirabilia opera tua; & anima mea cognoscit nimis.

Memor ero tui; memor ero mirabilium tuorum; meditabor in omnibus operibus tuis;

B 4 fa-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MÉJICO

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

LAU.

32

factis manuum tuarum medita-  
bor, & in adinventionibus tuis  
exercebor; enarrabo mirabilia  
tua, & magnalia sapientia tua.

Tu creasti omnia; conservas  
omnia, & vivificas; & omnis  
exercitus celi te adorat, &  
omnis creatura servit tibi; quia  
dixisti, & facta sunt; misisti  
spiritum tuum, & creata sunt;  
& non est, qui resistat voci  
tua.

Tui sunt caeli, & tua est ter-  
ra: Orbem terræ, & plenitu-  
dinem ejus tu fundasti; aquilo-  
nem, & mare tu creasti. Tuus  
est dies, & tua est nox: tu fa-  
bricatus es auroram, & solem;  
tu fecisti terminos terræ; asta-  
tem, & ver tu plasmasti ea.

Quam magnifica sunt opera  
tua Domine; omnia in sapien-  
tia fecisti: generatio, & gene-

ra.

33

ratio laudabit opera tua, & po-  
tentiam tuam pronuntiabunt;  
magnificentiam gloriae sanctita-  
tis tuae loquentur, & mirabilia  
tua narrabunt: gloriam Regni  
tui dicent, & potentiam tuam  
loquentur; ut notam faciant  
filii hominum potentiam tuam,  
& gloriam magnificentiae regni  
tui.

Magna opera tua, & mirabi-  
lia Deus Omnipotens! Magna,  
& mirabilia operatus es. Po-  
tentia tua usque in alissima,  
qua fecisti magnalia. In uni-  
versis non est, qui sit similis ti-  
bi; non est, qui possit facere  
opera tua.

B 5

C 4.

*Calorum pulchritudo.*

**C**onsiderantur Domino misericordiae ejus, & mirabilia ejus filii hominum. Ipse Deus noster, qui fecit altitudinem firmamenti, & pulchritudinem ejus; in sapientia sua stabilivit celos; extendit illos velut nihilum, & quasi tabernaculum expandit eos. Verbo ejus firmati sunt; & spiritus Domini ornavit filios. Verba enarrant gloriam ejus. Ipsi annuntiant opera ejus; annuntiant in populis mirabilia ejus.

*Di-*

*Divisio diei, ac noctis.*

**D**ies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Ipse Dominus Deus noster, qui praecepit diluculo, & ostendit auroræ locum suum: producit Luciferum in tempore suo, & Vesperam super filios terra consurgere facit.

*Pulchritudo Solis.*

**S**ol illuminans per omnia respicit; vas admirabile; opus excelsum; in meridiano exarit terram, fornacem cultodienis in operibus ardoris, & resulget radius suis. Magnus Dominus, qui fecit illum; & in sermonibus ejus felicinavit iter.

B 6

Lu-

*Luna, & Stella.*

**O**stensio temporis Luna, & signum A&vi ; luminare quod minuitur, & crescit mirabiliter in consummatione ; vas castrorum in excelsis ; in firmamento celi resplendens gloriose. Specie celi, gloria stellarum, mundum illuminans in excelsis Dominus. Dederunt lumen in custodiis suis, & letatæ sunt. Vocatæ sunt, & luxerunt eum jucunditate, qui fecit illas. In verbis sancti stabunt; non deficient in vigiliis suis.

Ar-

*Arcus, & Nubes.*

**V**ide arcum, & benedic eum, qui fecit illum. Valde speciosus est in splendore suo; gyavit cælum in circuitu gloriæ fux. Manus excelsi aperuerunt illum. In magnitudine sua posuit nubes: magnificentia ejus, & virtus ejus in nubibus.

*Formatio Terra.*

**C**onsiteantur Domino misericordia ejus, & mirabilia ejus filiis hominum. Domini eit terra, & plenitudo ejus; Orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo: in manu Domini omnes fines terræ. Præparavit

vit eam in æterno tempore, & replevit eam. Firmavit eam super aquas, & solidavit bases ejus, & posuit mensuras ejus. Fundavit eam super stabilitatem suam: non inclinabitur in seculum seculi. Firmavit orbem terræ, qui non commovebitur.

---

*Montes, & Valles;  
Fontes, & Flumina.*

**A**Scendunt montes, & descendunt campi. Emittunt fontes in convallibus; profundus fluviorum scrutatus est, & abscondita in lucem produxit. Elevaverunt flumina vocem suam; a vocibus aquarium fluctus suos.

---

*Amplitudo Maris.*

**C**onsisteantur Domino misericordia ejus, & mirabilia ejus filiis hominum, quoniam ipius est mare, & ipse fecit illud. In fortitudine sua congregata sunt aquæ: illic reptilia, quorum non est numerus.

Mirabiles elationes maris; mirabilis in altis Dominus. Conclusit illud, & circundedit terminis suis; confringit tumultus fluctus ejus; placat abyssos, & in sermone suo componit omnia, qui est ante seculum, & usque in seculum.

*Pro-*

*Providentia.*

**C**onsiteantur Domino misericordia ejus, & mirabilia ejus filiis hominum. In terram respexit, & implevit illam bonis suis; effudit super nos misericordiam suam: misericordia Domini super omnem carnem; super omnes surgit lumen ejus.

Qui operit calum nubibus, & parat terræ pluviam; irrigat aquis universa, ut det lignum agri fructum suum, & terra germen suum. Qui producit in montibus foenum, & herbam servituti hominum: qui dat juventis escam ipsorum, & pullis corvorum invocantibus eum: qui dat escam omni carni, aperit manum suam, & implet omne animal benedictione.

*Cre-**Creatio Hominis.*

**C**onsiteantur Domino misericordia ejus, & mirabilia ejus filiis hominum. Creavit de terra hominem; ad imaginem suam fecit illum, & vestivit eum virtute. Dedit ei potestatem eorum, quæ sunt super terram: posuit timorem ejus super omnem carnem, & dominatus est bestiarum, & volantium.

Creavit ex ipso adjutorium simile sibi, & disciplina intellitus replevit illos; sensu implevit cor illorum; bona, & mala ostendit eis; posuit oculum suum super corda illorum, ostendere illis magnalia operum suorum; ut nomen sanctificationis collaudent, & glorientur in

*mira-*

mirabilibus ejus; ut magnalia  
enarrant operum ejus.

Domine Dominus noster,  
quid est homo, quia innotuisti  
ei; aut filius hominis, quia re-  
putas eum? Quid est homo,  
quia magnificas eum, aut quid  
apponis erga eum cor tuum?

Minuisti eum paullo minus ab  
Angelis; gloria, & honore co-  
ronasti eum, & constitueristi eum  
super opera manuum tuarum:  
omnia subjecisti sub pedibus  
ejus; oves, & boves, & uni-  
versa pecora campi: volucres  
cali, & pisces maris, qui per-  
ambulant semitas maris.

Domine Deus Pater noster es  
tu; nos vero lutum: & factio  
noster tu; & opera manuum  
tuarum omnes nos. Omnia ossa  
mea dicent: Domine quis simi-  
lis tibi? Manus tua fecerunt  
me,

me, & plasmaverunt me; tu  
suscepisti me de utero matris  
meæ. Memor ero Creatoris mei;  
vivens vivens confitebor tibi,  
& laudabo nomen tuum, &  
gloriabor in miserationibus tuis  
Domine Deus meus.

*Laus Creatoris.*

C onfiteantur Domino mise-  
ricordia ejus, & mirabilia  
ejus filii hominum. Gloria  
Domini plena sunt opera ejus:  
lætabitur Dominus in operibus  
suis. Quis videbit, & enarrab-  
it? Multa sunt abscondita ma-  
jora his; pauca enim vidimus  
operum ejus; omnia autem fe-  
cit Dominus.

Quis Deus magnus sicut Deus  
noster? Deus noster præ omni-  
bus

bus Diis. Quis in nubibus a-  
quabitur Domino? Similis erit  
Deo in filiis Dei? quis loquetur  
potentias Domini? Auditas fa-  
ciet omnes laudes ejus? Quis  
magnificabit eum, sicuti est ab  
initio?

Operuit cælos gloria ejus, &  
laudis ejus plena est terra: a  
solis ortu, & occasu laudabile  
nomen ejus; ab aquilone, &  
mari: in universa terra, terri-  
bile, & admirabile, & magnum  
in fortitudine nomen ejus; su-  
per cælos elevata magnificentia  
ejus: viderunt omnes populi  
gloriam ejus.

Laudate cæli; exulta terra;  
jubilate montes laudem; jubi-  
late extrema terræ: tonet ma-  
re, & plenitudo ejus: exultent  
campi, & omnia, quæ in eis  
sunt: glorificate habitatores

or.

orbis, in insulis maris nomen  
Domini Dei Israel; glorificate  
bestiæ agri; volucres cæli date  
vocem; narrate pisces maris;  
omnis spiritus laudet Domi-  
num.

Benedictus es Domine Deus  
Patrum nostrorum, & laudabi-  
lis, & gloriōsus, & superexal-  
tatus in sœcula; & benedictum  
nomen gloriæ tuz, quod est  
sanctum, & superlaudabile, &  
superexaltatum in omnibus sœ-  
culis.

Benedictus es in Templo san-  
cto gloriæ tuz; benedictus es  
in throno Regni tui; benedi-  
ctus es, qui intueris abyssos, &  
sedes super Cherubim; benedi-  
ctus es in firmamento cæli, &  
laudabilis, & gloriōsus in sœ-  
cula.

Benedicite Dominum omnes  
An.

46

Angeli ejus; benedicite omnes  
virtutes ejus; benedicite omnia  
opera ejus; in omni loco do-  
minationis ejus benedic anima  
mea Domino.

Sit gloria Domini in secu-  
lum; sit nomen ejus benedi-  
ctum in secula; benedictus De-  
us meus, & exaltetur Deus fa-  
lutis meæ; laudabo eum in  
canticis, & magnificabo eum in  
laude.

Benedicam in omni tempore:  
semper laus ejus in ore meo.  
In ipso laudabitur anima mea;  
laudationem Domini loquetur  
os meum; & benedicat omnis  
caro nomen sanctum ejus in se-  
culum, & in seculum seculi.

Benedictus Dominus Deus Is-  
rael, qui facit miracula magna  
solus; & benedictum nomen  
majestatis ejus in æternum, &

re-

47

replebitur maiestate ejus omnis  
terra. Fiat. Fiat.

---

ACTUS FIDEI.

*In fide virgo filii Dei.*  
Galat. 2.

Benedico te, Domine, quia  
vocabsti me de tenebris in  
admirabile lumen tuum ad ag-  
nitionem veritatis, ad cognoscendu-  
m te solum verum Deum,  
& quem misisti Jesum Christum.  
Revelasti nobis per Spiritum  
Sanctum tuum, quod aliis ge-  
nerationibus non est agnitus,  
sicut Sanctis Apostolis tuis, &  
Prophetis.

Tu sapiens, & verax es; ideo  
adhæsi testimonis tuis, quæ cre-  
dibilia facta sunt nimis. Da mi-  
hi

hi spiritum sapientie, & revelationis in agnitione filii tui Iesu Christi: confirma me in verbis tuis, ut sim stabilis in fide, tenens confessionem Iesu Christi.

Da mihi fidem, quæ per charitatem operatur, ut ambulans nunc in specie videam te facie ad faciem in cælis, & exultans in revelatione gloria tua laudem te in secula seculorum. Amen.

---

Actus SPIRITUS.

---

*Gloriamur in spe gloriae  
filiorum Dei. Rom. 2.*

Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam

diam suam magnam regeneravit nos in spem vivam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hereditatem incorruptibilem, paratam revelati in tempore novissimo.

Salvatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis sui. Fidelis Deus in omnibus verbis suis, in quibus supersperavi, & in ipso sperans non infirmabor.

Peccavi; sed advocatum habeo apud Patrem Iesum Christum justum, qui est propitiatio pro peccatis nostris, & totius mundi; qui dilexit, & lavit nos in sanguine suo; semper vivens ad interpellandum pro nobis.

Inclinavi igitur cor meum ad C fa.

50

faciendas iustificationes tuas in  
eternum, propter retributio-  
nem; propter coronam iustitiae,  
quam reddes mihi iustus Judex;  
& in spe erit fortitudo mea.

Cultodiam viam tuam, & per  
patientiam expectabo, quoniam  
tu es spes sustinentibus te, & ap-  
parebis expectantibus te in fa-  
ludem. Ne pereat spes mea a te  
Domine Deus meus.

---

ACTUS CHARITATIS.

---

*Charitas Dei diffusa est  
in cordibus nostris.*

Rom. 5.

Diligam te, Domine, fortitudo  
mea; diligam te ex toto  
corde meo; ex tota anima mea;  
ex tota mente mea; ex omnibus

viri-

51

viribus meis; quia tu solus bo-  
nus es, & amabilis super omnia.  
Diligam te, qui prior dilexisti  
me, cum adhuc essem inimi-  
cus; & filium tuum pro me  
tradidisti.

Quid aliud mihi est in calo,  
& a te quid volui super terram,  
Deus cordis mei? Quis poterit  
me separare a charitate Christi?  
Neque mors, neque vita, ne-  
que creatura ulla poterit me se-  
parare a charitate Dei, qua est  
in Christo Iesu?

Diffundatur charitas in corde  
meo per Spiritum Sanctum tu-  
um, ut radicatus in charitate,  
& fundatus, unum sim tecum,  
qui unum es cum Filio tuo, &  
cum eodem Spiritu Sancto, &  
regnas in secula seculorum. A-  
men.

C 2 IN

IN ORATIONEM  
DOMINICAM.

*Domine doce nos orare.*  
ALERE FLAMMAM  
VERITATIS  
**LUCÆ 11.**

*Pater noster, qui es in celis.*

**D**omine Deus noster, qui in excelsis habitas, qui de celo prospicis super filios hominum, cui est cura de omnibus, quamlibet charitatem dediti nobis, ut filii Dei nominemur, & simus? Vere tu Pater noster es, & tu Deus noster.

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

*Sancti*

*Sanctificetur nomen tuum.*

**Q**uam admirabile est nomen tuum Domine! Omnipotens nomen tuum: nomen tuum Adonai. Dominus nomen est tibi. Fac ut adorem te Deum verum in spiritu, & veritate; ut confitear nomini tuo magno, quod terribile, & sanctum est.

Ut manifestem illud hominibus; ut cognoscant te omnes gentes, & timeant te, & adorant, & colant te, & sciant, qui ab ore solis, & qui ab occidente, quia non est Deus praeter te.

Notum fac, Domine, nomen tuum. Ailume zelum pro nomine sancto tuo, ut glorificeris in oculis multarum gentium.

C 3 Vio-

Violaverunt Sanctum tuum :  
blasphemaverunt Sanctum Is-  
rael : non est qui recordetur  
nominis tui ; non est , qui in-  
voget nomen tuum .

Qui creasti nos in laudem , &  
gloriam tuam , sanctifica nos , ut  
sanctificemus te in operibus no-  
stris , & in medio nostri glorifi-  
ceris , & simus populus Sanctus  
Dei nostri ; & in excelsis Altissi-  
mi aperiemus os nostrum , &  
gloriabimur in conspectu virtutis  
tuae Rex faculorum .

*Advenias Regnum tuum .*

**G**ratias tibi ago , Domine De-  
us Omnipotens , qui eras ,  
& qui es , & qui venturus es ;  
quia acceperisti virtutem tuam  
magnam , & regnasti . Tu Do-  
mi-

minus solus omnium regnorum  
terre ; Dominator excelsus su-  
per omnia regna hominum ; Po-  
teitas tua in eternum , & re-  
gnum tuum non dissipabitur .

Non est in terris potestas ,  
qua comparetur tibi . Subverti-  
sti solium regnum , & contri-  
visti fortitudinem regni gen-  
tium ; & cognoscent omnia re-  
gna terre , quia tu es Dominus  
solus , & regnabis in facula sa-  
culorum .

Tu eripuisti nos de potestate  
tenebrarum , & transflustisti in  
regnum filii dilectionis tuae .  
Ipse est Primogenitus mortuo-  
rum , qui dilexit , & lavit nos  
a peccatis nostris in sanguine  
suo . Tu vocasti nos in regnum  
tuum , & gloriam . Ipse rex no-  
ster , & salvabit nos .

Adveniat , Domine , regnum

C 4 tu-

56

tuum, & non regnet peccatum in mortali corpore; sed gratia tua regnet per iustitiam in vitam aeternam, ut digni habeamur, & simus heredes regni, quod repromisisti diligenteribus te; & ministretur nobis introitus in aeternum regnum Dei, & Salvatoris nostri Iesu Christi, cum quo regnant omnes Sancti, & regnabunt in facula seculorum. Amen.

---

Fiat voluntas tua.

Domine Deus rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est, qui possit tua resistere voluntati. Iustus es, & rectum judicium tuum; & omnia quaecumque facis, in vero iudicio facis. Ju-

stus

57

stus es, & omnes vita tua misericordia, & veritas. Sit nomen tuum benedictum in secula.

Non ne Deo subjecta erit anima mea? Quis ego sum, ut ponam tempus miserationis Domini? Humiliabor sub potenti manu ejus; humiliabo illi animam meam. Secundum voluntatem suam faciat, & quod bonum est in oculis suis. Bona, & mala suscipiam de manu ejus: fiducia mea coram illo.

Non quod ego volo, Domine, sed quod tu. In manibus tuis fortes mez. Doce me facere voluntatem tuam, quemadmodum faciunt Angeli tui in celo. Fac in me quod est placitum coram te per dilectum Filium tuum, qui descendit de celo, ut faceret voluntatem tuam, factus obediens usque ad

C. 5. mor.

mortem; & quæ placita tibi,  
fecit semper.

*Panem nostrum quotidianum.*

**O**culi omnium in te sperant,  
Domine, & tu das escam  
illorum in tempore opportuno:  
aperis tu manum tuam, & im-  
plies omne animal benedictione.  
Sic erunt Patres nostri, & invo-  
caverunt te, & data est illis aqua  
de petra durissima. Pluisti illis  
manna ad manducandum, & pa-  
ne cali saturasti eos.

Qui das omnibus inspiratio-  
nem, & vitam; qui das escam  
omni carni, benefaciens, dans  
pluvias, & tempora fructifera,  
implens cibo, & lœtitia corda  
nostra; qui pascis me a juven-  
tute mea, tribue victui meo ne-  
cessaria.

Qui

Qui indigentibus das sapien-  
tiam, & potentibus das spiritum  
bonum, ciba me pane vita, &  
intellexus; & pota me aqua sa-  
pientia salutaris, ut que sursum  
sunt sapientiam; non quæ super ter-  
ram. Spiritus tuus super mel  
dulcis; & dulcia faucibus meis  
eloquia tua. Da sicuti aquam  
vivam, ut non sitiam in æternum.

Qui parasti mihi mensam in  
conspicüo meo adversus omnes  
qui tribulant me, da mihi pa-  
nem de celo verum. Da mihi  
carnem tuam, quæ vere est ci-  
bus; & sanguinem tuum, qui  
vere est porus, ut ambulans in  
fortitudine cibi illius usque ad  
montem sanctum tuum edam,  
& bibam super mensam tuam in  
Regno tuo.

C 6

Et

*dimitte nobis debita nostra.*

**M**isereris omnium, Domine,  
quia potens es, & dissimu-  
las peccata hominum propter  
paenitentiam; diligis enim om-  
nia, quæ sunt, & nihil odisti  
corum, quæ fecisti. Nihil enim  
odiens aliquid constitueristi, aut  
fecisti; parcis autem omnibus,  
quia tua sunt, Domine, qui amas  
animas.

Peccavimus cum Patribus no-  
stris; iniuste egimus; iniquita-  
tem fecimus. Patres nostri non  
intellexerunt mirabilia tua; non  
fuerunt memores multitudinis  
misericordiarum tux: & nos pecca-  
vimus in conspectu tuo; pecca-  
vimus ante oculos tuos.

Si iniquitates observaveris Do-  
mi-

mine, Domine, quis sustinebit?  
Memor esto noitri, & ne vindici-  
am sumas de peccatis noitris;  
quoniam non obedivimus pre-  
ceptis tuis, & mandata tua non  
cuitodivimus. Ostende miseri-  
cordiam tuam super nos: absconde indignationem tuam: memor  
esto Testamenti tui, & da glo-  
riam nomini tuo.

Non intres in judicium cum  
servo tuo, quia non iustificabi-  
tur in conspectu tuo omnis vi-  
vens. Reminiscere miseratio-  
num tuarum, & misericordia-  
rum tuarum, quæ a seculo sunt;  
& delicta juventutis meæ, &  
ignorantias meas ne memineris;  
sed propter nomen tuum propi-  
tiare peccato meo; multum est  
enim.

Multa sunt iniquitates meæ,  
& multa peccata mea; iniquita-  
tes

tes meæ supergressæ sunt caput  
meum, & sicut onus grave gra-  
vatæ sunt super me. Ne recor-  
deris iniquitatum meatum, &  
ne visites peccata mea; sed in  
misericordiis tuis multis dimis-  
te mihi.

*Et quoniam commendasti cha-  
ritatem tuam in nobis, cum  
adhuc inimici essemus, reconci-  
liati per mortem Filii tui; & nos  
dimittimus fratribus nostris,  
scientes quod si dimiserimus,  
dimittes nobis, Pater cœlestis,  
peccata nostra.*

*Et ne nos inducas  
in tentationem.*

**D**omine, quid multiplicati  
sunt, qui tribulant me?  
Multi insurgunt adversum me;  
mul-

multi dicunt animæ meæ; non  
est salus ipsi in Deo ejus; Deus  
dereliquit eum; non est, qui  
eripiat. Volunt me perdere ini-  
mici mei; circundederunt ani-  
mam meam; irruerunt in me  
fortes; gloriantur in virtute  
sua, & nesciunt, quia tu es  
Deus noster.

Tu autem, Domine, susceptor  
meus es; Deus Dominus, fortitudo  
mea, adjutor, & protector meus. In te speravit cor  
meum; invocabo te, & exaudiens me; in te eripiar a tenta-  
tione; non timebo, quoniam  
tu tecum es. Quis enim per-  
mansit in mandatis Domini, &  
dereliquit illum? Quis invoca-  
vit, & despexit illum? Nullus  
speravit in eo, & confusus est.

Nisi quia Dominus adjuvit  
me, paulo minus habitatset in

in-

inferno anima mea. Cum ceciderim non sum collisus, quia Dominus supposuit manum suam: benedictus Deus, qui non dedit in commotionem pedes meos; eripuit pedes meos a lapso.

Confitebor tibi, Domine Rex, & collaudabo te Deum Salvatorem meum; confitebor nomini tuo, quoniam adjutor factus es mihi; liberalisti me a perditione, & in medio ignis non sum affractus.

Ad te igitur oculi mei; exaudi vocem ejus, qui nullam aliam spem habet, & libera me de manibus inimicorum meorum: contere fortitudinem eorum, & disperge eos: fugiant a facie tua, & robur eorum conteratur: da mihi in animo constantiam, & virtutem, ut evertam illos.

Ne

Ne tradas me a desiderio meo peccatori; ne des Sanctum tuum in pollutionem, & ne permittas me servum tuum coquinari, & sequi concupiscentiam cordis mei; ne cadam, sed per tentationes fidelis transeam, ne siam in opprobrium, & gaudium inimicis meis.

*Sed libera nos a malo.*

Circumdederunt nos mala, quorum non est numerus; & cum ignoremus, quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Tu refugium nostrum, & virtus in tribulationibus, quae invenerunt nos nimis. Domine Deus Omnipotens Dominator calorum, audi oratione.

tionem nostram; inclina aurem tuam ad precem nostram, qui non derelinquis querentes te, & exaudis sperantes in te. In te speraverunt Patres nostri; speraverunt, & liberasti eos; ad te clamaverunt, & salvi facti sunt; in te speraverunt, & non sunt confusi: ne despicias nos in tribulatione nostra; libera nos a malis.

Qui recordatus es Abraham, Isaac, & Jacob; qui liberaisti Joseph in tempore angustiarum suarum; qui eripuisti David de manu Sauli, & tres pueros credentes de flamma; qui populum tuum de magnis periculis eruisti, exaudi nos propter invocationem nominis tui; neque est enim alius Deus, qui fortitudini tua posse comparari.

Aufer omnem languorem;

au-

aufer gladium, & pestilentiam, & egestatem; longe fac maledictiones, quas cominatus fuisti populo tuo, si nollet audire legem tuam; & veniant universae benedictiones super nos, quas promisisti, si mandata tua custodiret. Invocamus te, & extendimus ad te manus nostras Deus Omnipotens.

Et die, ac nocte invocabimus te, qui sicut semper, ita nunc adjuvabis, & non auferes misericordiam tuam; & si corripierimus in adversis, non derelinques nos, & non expectabis in die judicii, ut punias in eternum: Benedictus Dominus in eternum. Fiat. Fiat.

H.O.

## HORA TERTIA.

*Repleti sunt omnes  
Spiritu Sancto.  
Act. 2.*

**D**omine Deus meus, qui hora diei tertia super Apostolos tuos expectantes promissionem Patris, quam audierant per os tuum, misisti Spiritum Sanctum, effunde super me, & super omnem carnem de Spiritu Sancto tuo.

**R**epleat, Domine, cor meum, & mentem meam, sicut replevit totam domum, ubi erant sedentes discipuli tui: veniat de calore tuus sanctus, quem venisti mittere in terram, ut accipiens virtutem Spiritus Sancti in me, possim loqui magnalia tua.

In-

Induar, Domine, virtute ex alto, ut loquar cum fiducia verbum tuum: veniat Spiritus veritatis, qui doceat me omnem veritatem, & suggerat, quicumque dixi: mitte Spiritum gratias, & precum, clamantem Abba Pater, qui postulet pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Habitet in me, & operetur in me, & deducat me in viam rectam, ut perveniam ad Regnum caelorum, & cum Angelis, & Sanctis tuis laudem te in saecula saeculorum. Amen.

AN.

## ANTE CONFESSIONEM.

*Vade, & ostende te Sacerdoti,*  
Matth. 14.

*Divinam misericordiam exaltat.*

**I**niquitates meæ in conspectu tuo, Domine; non sunt occultata ab oculis tuis: inventib; abscondita mea, & celari non potero; non abscondar in die furoris tui; non abscondar a facie sedentis super thronum, & ab ira agni.

Tu autem, Domine, suavis, & verus es, & in misericordia disponens omnia: & si enim peccavi, tuus sum. Non secundum vias meas malas, nec secundum sceleria mea pessima, sed propter

no-

nomen tuum placatus mihi eris,  
& exaltaberis parcens mihi.

Memento mei Deus meus, &  
parce mihi secundum multitudinem  
miserationum tuarum. Deprecabor vultum tuum, ut misericordias  
mihi, & avertas iram  
indignationis tux a me.

*Scrutatur vias suas.*

**E**t nunc, Domine, ingredior in interiora cordis mei, ut considerem vias meas; Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, qui scrutaris corda hominum, peccata mea statue contra faciem meam; occulta mea manifesta mihi, ut compungar coram te, & convertar ad te Deus meus.

Plo-

*Florat in amaritudine; & statuit  
custodire viam Domini.*

**H**umiliata est in conspectu  
tuo anima mea ; emolli-  
tum est cor meum ; conturbata  
sunt viscera mea . Peccavi, Do-  
mine , peccavi ; inique egi ; ini-  
quitatem feci ; declinavi a man-  
datis tuis ; non custodivi legem  
tuam ; ad amaritudinem conci-  
tavi te, Dominum Deum meum :  
pravaricatus sum in te , quem  
diligo ex toto corde , & super  
omnia .

Super hoc plorabo in fletu ;  
plorabo in amaritudine animæ  
meæ ; ingemiscam in contritio-  
ne peccatorum meorum ; lo-  
quar in tribulacione spiritus  
mei ; quam amarum est dereli-  
quis.

quisse Dominum Deum meum .

Recordor viarum mearum ,  
& scelerum meorum , quibus  
pollutus sum , & displiceo mihi  
in omnibus malitiis meis . Dete-  
ctor peccata mea , & iniurias  
meas odio habeo , & universas  
abominationes , quas operatus  
sum .

A mandatis tuis non recedam  
amplius ; a semitis tuis non de-  
clinabo : custodiam legem tu-  
am ; ambulabo in novitate vi-  
tae , & penitentiam agam ab  
omnibus peccatis meis .

*Accedit ad thronum gratia.*

**E**t nunc, Domine, accedam ad  
thronum gratia, ut miseri-  
cordiam consequar, & gratiam  
inveniam : accedam ad lava-

D crum,

74

crum, ut munder ab omnibus  
iniquitatibus meis. Non abscon-  
dam peccatum meum, & non  
celabo in sinu meo iniquitatem  
meam. Vadam, & ostendam me  
Sacerdoti : Itabo coram ipso in  
delicto meo, & ad pedes ejus  
portabo iniquitatem meam. A-  
periam os meum in confusione  
mea ; revelabo abscondita mea ;  
confitebor peccata mea, & ex-  
pectabo humilis consolationem  
tuam.

---

*Sperat remissionem.*

**L**avabor in Sanguine tuo,  
& recipiet sanitatem anima  
mea. Auferes iniquitatem me-  
am, & peccata mea mundabun-  
tur coram te ; solves vincula  
mea, & sicut in sereno glacies,  
sol.

75

olventur peccata mea ; indues  
me vestimentis sanctis, & dabis  
coronam decoris capiti meo, &  
siet anima mea decora nimis  
vehementer.

---

*Sanctificari postulas,  
& renovari.*

**S**uscipe igitur, Domine, pecca-  
torem contritum, & humili-  
atum ; suscipe ovem, quæ pe-  
riit, & redit ad Pastorem suum ;  
suscipe indignum filium, qui  
peccavit in Cœlum, & coram te,  
& revertitur ad Patrem suum.

Sana vulnera mea ungens o-  
leo letitiz ; erige jacentem su-  
per faciem terræ ; subleva humili-  
atum usque ad inferos, ut res-  
piret in luce miserationum tua-  
rum.

D 2

In.

crum, ut munder ab omnibus  
iniquitatibus meis. Non abscondam  
peccatum meum, & non celabo in sinu meo iniquitatem  
meam. Vadam, & ostendam me  
Sacerdoti : itabo coram ipso in  
delicto meo, & ad pedes ejus  
portabo iniquitatem meam. A-  
periam os meum in confusione  
mea ; revelabo abscondita mea ;  
confitebor peccata mea, & ex-  
pectabo humilis consolationem  
tuam.

*Sperat remissionem.*

**L**avabor in Sanguine tuo,  
& recipiet sanitatem anima  
mea. Auferes iniquitatem me-  
am, & peccata mea mundabun-  
tur coram te ; solves vincula  
mea, & sicut in sereno glacies,  
sol.

olventur peccata mea ; indues  
me vestimentis sanctis, & dabis  
coronam decoris capiti meo, &  
siet anima mea decora nimis  
vehementer.

*Sanctificari postulas,  
& renovari.*

**S**uscipe igitur, Domine, pecca-  
torem contritum, & humiliatum ; suscipe ovem, quæ per-  
iit, & redit ad Pastorem suum ;  
suscipe indignum filium, qui  
peccavit in Cœlum, & coram te,  
& revertitur ad Patrem suum.

Sana vulnera mea ungens o-  
leo letitiz ; erige jacentem su-  
per faciem terræ ; subleva humiliatum usque ad inferos, ut res-  
piret in luce miserationum tua-  
rum.

D 2 In.

76

Instaura templum tuum ; re-nova domum tuam ; purifica Sanctuarium tuum ; adorna thalamum tuum ; reforma imaginem tuam , & redeat super illam splendor vultus tui . Descendat super illam Spiritus Sanctus , eamque sanctificet , ut justificatus decedens , sim cum vivis , & dantibus confessionem tibi , & glorier in miserationibus tuis , Domine Deus meus .

---

POST CONFESSIONEM.

*Sanus factus es ; jam noli peccare . Joan. 5.*

*Laudat , & gratias agit .*

**D**lupisti vincula mea ; per-percisti anima<sup>m</sup> mea ; re-conciliasti me tibi per Sanguinem

77

nem Filii tui , & in misericordia sempiterna misertus es mei . Quis similis tui , Domine , qui au-fers iniquitatem ? Deponis ini-quitates nostras , & projicis in profundum maris peccata no-stria . Magna est , Domine , misera-tio tua , & multæ misericordiæ tuz .

Ego autem in voce laudis im-molabo tibi ; exaltabo te , & la-tabor in misericordia tua . Be-nedicat tibi anima mea , & con-fiteatur ; quam magna miseri-cordia Domini , & propitiatio illius convertentibus ad se .

---

*Postulat perseverantiam .*

**Q**ui sanus factus sum , nolo amplius peccare . Non re-cedet cor meum a te , Deus meus ;

D 3      Non

non discedam a te , quoniam  
vivificasti me . Ambulabo in se-  
mitis tuis , & renovabor de die  
in diem .

Tu autem , qui dedisti mihi  
pœnitenti viam justitiae , confir-  
ma , & sustine deficientem . Da  
timorem tuum in corde meo ,  
ut non recedam a te ; sed am-  
bulem in via bona , & serviam  
tibi omnibus diebus vitæ meæ .

Custodi animam meam , ut sit  
vas in sanctificationem , & ho-  
norem ad gloriam nominis san-  
cti tui , & in æternum glorifice-  
ris cum Sanctis tuis , qui te lau-  
dabunt in secula seculorum .  
Amen .

ANTE

---

### ANTE SACRUM

VEL

### IN AUDITIONE SACRI.

*Immolo coram Domino .*

Levit . 6.

*Offert holocaustum .*

D Omine Deus omnium ; ter-  
ribilis , & fortis ; iultus ,  
& misericors , qui sedes super  
excelsum thronum , & glori-  
cas Majestate domum sanctam  
tuam , suscipe ( de manibus  
meis ) in oblationem suavissimi  
odoris , Corpus , & Sanguinem  
pretiosi agni , & immaculati Fi-  
lli tui , Iesu Christi ; quem ho-  
die offero Omnipotenti Deo ex-

D 4 cel.

celsō in loco isto, quem elegisti  
in domum sacrificii.

Hec est illa oblatio munda,  
quæ in omni loco sacrificatur,  
& offertur nomini sancto tuo.  
A solis enim ortu, & occasu  
magnum est in gentibus nomen  
tuum; magna est gloria tua.  
Veniant omnes gentes, & ado-  
rent coram te, Domine, quia tu  
es Deus solus in universa terra.

Offerat universa multitudo  
hoc holocaustum mente devota,  
quemadmodum Unigenitus ipse  
Filius tuus obtulit semetipsum,  
& quotidie se offert super pla-  
cabile altare tuum in holocau-  
stum sempiternum.

Apertantur Cæli, & Angeli  
tui ascendant, & descendant in  
hac hora super Filium hominis:  
adorent illum super altare san-  
ctum, & cantent canticum no-  
vum,

vum, quem in cælis cantant  
stantes in circuitu throni, & in  
conspectu agni.

Dignus est agnus, qui occisus  
est, accipere virtutem, & divi-  
nitatem, & sapientiam, fortitu-  
dinem, & honorem, & gloriam,  
& benedictionem.

Veniat de cælo ignis tuus san-  
ctus, & descendat super hoc al-  
tare: descendat plenitudo, &  
sanctificatio tue Divinitatis; Spi-  
ritus Sancti invisibilis, incom-  
prehensibilisque Majestas, sicut  
quondam in hostias Patrum; ut  
in spiritu ardoris hoc sacrifici-  
um offeramus, & ascendat ante  
sublime altare tuum hoc holo-  
caustum hostie salutatis.

Per ipsum etiam offerimus  
nos ipsos spirituales hostias, qui  
mortuus est, ut nos offerret Deo  
viventi, & fiat tibi acceperabilis

D 5 obla-

oblationis nostra per eundem dilectum Filium tuum Jesum Christum.

*Sacrificium Euccharisticum.*

**M**emores etiam, Domine, miserationum tuarum, & multitudinis bonorum, quæ largitus es nobis secundum indulgentiam tuam, gratias agimus tibi, & colimus te, omnipotens æterne Deus, in hostiis, & muneribus.

Tu enim dedisti nobis Filium tuum Unigenitum, qui dilexit, & lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo; Mediatorem novi testamenti; Pontificem futurorum bonorum; Sanctorum Ministerum, & tabernaculi veri.

Qui cum sit Sacerdos in æternum

num secundum ordinem Melchisedech, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur; hoc facite in meam commemorationem.

Similiter, & calicem, postquam cœnavit, dicens: Hic calix novum testamentum est in meo sanguine; hoc facite, quotiescumque bibetis, in meam commemorationem.

Gratias igitur agentes super hoc inenarrabili dono dilecti Filii tui, & ceteris donis tuis, offerimus tibi hoc sacrificium recordationis, eundem Filium tuum Jesum Christum, ut sit memoriale in æternum super altare tuum in conspectu Divinæ Majestatis tue.

*Sacrificium propitiatoriorum.*

**A**CEDO ETIAM, Domine, ego indignus servus tuus, quem constituiti Sacerdotem ad offerendum munera, & hostias pro peccatis, & delictis populi, ad altare tuum cum vero corde, & plenitudine fidei, ut offeram hanc placabilem hostiam Divinae Majestati tux, eundem Filium tuum Unigenitum Jesum Christum:

Qui cum maneat in eternum, sempiternum habet Sacerdotium; unde, & salvare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad te Deum vivum. Talis enim decebat, ut nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccato-

toribus, & excelsior exaltatus; qui non per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta, aeterna redemptio inventa.

Hic est sanguis testamenti, in quo sanctificati sumus; quem voluit offerri usque ad consumationem seculi, ad placandum te Patrem suum pro peccatis nostris, & totius mundi. Accedimus ad novi testamenti mediatorem Jesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem, quam Abel.

PROTECTOR noster adspice Deus; & respice in faciem Christi tui, qui dedit semetipsum oblationem, & hostiam in odorem suavitatis; per quem placuit tibi reconciliare omnia in ipsum; sive quæ in terris; sive quæ in celis sunt.

Pro-

Propitiare ergo populo tuo; propitiare omnibus iniquitatis eorum, qui pravaricati sunt in terra, & da misericordiam coram eis. Non enim corruptilibus auro, vel argento redempti sumus; sed pretioso sanguine quasi agni, & immaculati Fili tui, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum secundum divitias gratiae ejus.

*Sacrificium Imperatorium.*

**R**espice, omnipotens Deus, de sanctuario tuo, & de excelso celorum habitaculo, & suscipe hoc sacrificium pro universo populo tuo. Per ipsum ad te accedimus, qui in diebus carnis tue preces, supplicationesque of-

offerens cum clamore valido, & lacrymis exauditus es pro sua reverentia; qui sedens ad dexteram tuam etiam nunc interpellat pro nobis.

Rogabit te, populus tuus, Dominum excelsum in prece, usque dum perfectus sit onor tuus in consumatione sanctæ oblationis. Angelus etiam Sanctus tuus, qui stat ante altare tuum, offerat preces nostras super hoc altare, & ascendat fumus incensorum de orationibus nostris coram te.

Domine Deus omnium, qui magna fecisti in omni terra; qui auxisti dies nostros a ventre matris nostræ, memor sis sacrificii nostri, & fac in nobis secundum omnem bonitatem, & secundum omnem mansuetudinem tuam.

Pro-

Protege Deus meus Ecclesiam, quam fundasti, & quem constituisti summum Sacerdotem gentis tue, & quos Episcopos posuit Spiritus Sanctus. Adducantur oves, quæ non sunt ex hoc ovili, & fiat unum Ovile, & unus Pastor.

Recordare etiam eorum, qui cùm pietate dormitionem acceperunt, pro quibus offerimus hoc prerium redemptionis, & victimam salutis; ut ingrediantur civitatem sanctam Hierusalem, & quiescant in gloria tua, laudantes te in secula seculorum. Amen.

Propitiare populo tuo, & hereditati tue, quæ fiat coram altari tuo, & offert in hoc Templo sancto tuo hoc sacrificium, oblationem perpetuam in generationes nostras. Custodi partem tuam,

tuam, & sanctifica, qui solus es bonus, solus præstans, solus justus, & misericors; per eundem Filium tuum Jesum Christum, per quem est tibi gloria in Ecclesia in omnes generationes seculi seculorum. Amen.

### P R A E P A R A T I O

#### A D SACRIFICIUM.

*Ingredientur  
in Sanctuarium meum,  
ut ministrent mihi.*

Ezech. 44.

I ntroibo in Tabernaculum tuum Domine; introibo in dominum tuum; adorabo ad Tempulum sanctum tuum; ingrediar in

UNIVERSITATIS  
NOMEN

R

90  
in sanctuarium tuum ; in Sancta Sanctorum . Accedam ad altare tuum ; ad altare holocausti ; ad mensam plenam pinguedine , atque dulcedine . Hæc est mensa purissima , atque mundissima coram Domino .

Ponam sanctum panem super altare tuum in monumentum sanctæ oblationis ; panem desiderabilem , habentem omne delectamentum , & omnem saporem suavitatis . Offeram holocaustum Deo cæli , & comedam preparatum , & consecratum Domino in loco sancto .

Quis ego sum , ut sim sacerdos Dei Altissimi ? Quis ego sum , ut elegeris me , offerre tibi sacrificium Deo vivo , & vero , & placare pro populo suo ? Ut pares juge convivium , & ponas inter convivas meniz tuz ?

Quis


91  
Quis operatus est , & fecit hæc ? A Domino factum est istud . O altitudo divitiarum sapientia , & scientia Dei ! Memoriam fecisti mirabilium tuorum : mirabiles Deus altissime adinventiones tuæ : Domine , quis similis tibi ?

Fac me sacerdotem sine macula , habentem voluntatem in lege tua , & constitue me immaculatum in conspectu tuo , ut digne ministrem in Sanctuario tuo . Indue me ueste sancta in gloriam , & decorem ; uestimentis salutis , & indumento iustitiae circunda me ; stola gloria circumveinge me .

Sanctifica offerentis manus , quas consecrasti in die unctionis suæ , ne polluam Sanctuarium tuum , & oblationem , sed levem eas puras in ascensu altaris sancti ad immolandum Dominum Deo excelso .

San-

Sanctifica animam desiderantem te ; animam querentem te ; animam sipientem te . Sanctifica cor meum , ut sit templum Dei vivi ; habitaculum sanctum Dominum ; & reple me cælesti benedictione , & gratia ; ut sim sanctus corpore , & spiritu ; & fiat oblatio hæc accepta , & sanctificata in Spiritu Sancto ; & sacrificium meum in conspectu tuo hodie , ut placeat tibi Domine Deus meus .



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE GUADALAJARA

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

A.F.

## AFFECTUS ANIMÆ HORA SACRIFICII.

*Sitivit anima mea  
ad Deum vivum .  
Psalm. 47.*

Exspectabo Deum Salvatorem meum , & præstolabor eum , dum prope est : inveniam locum Domino ; tabernaculum Deo Jacob . Veni , Domine , & noli tardare : excita potentiam tuam , & veni : veni , & impie omne desiderium meum . Sitivit anima mea ad te Deum vivum : occurre sipienti animæ meæ .

Veni , & introducam te , & suscipiam te gaudens in domum meam : habitabis in me , & quasi in thalamo tuo moraberis .

Ris.

ris. Mirabitur, & dilatabitur  
cor meum; & sicut adipe, &  
pinguedine replebitur anima,  
mea: replebuntur viscera mea:  
abundantia perfruar, & bene-  
dictionibus tuis plenus ero.

Ne timeas anima mea: venit  
Dominus confortans te; lata-  
re, & gaude gaudio magno,  
quia venit tibi Salvator. Exulta,  
& latare; appropinquat tem-  
pus visitationis tuz; dilata lo-  
cum tentorii tui. Tabernaculum  
tuum extende; appropinquat  
tibi Deus tuus; egredere in  
occursum Dei tui; propera in  
adventum Salvatoris tui.

---

*In sumptione Sacramenti.*

Dilata os tuum, & implebo  
illud: ecce venio. Veni  
Domine Jesu; imple animam  
meam Majestate tua; & cor  
meum inenarrabilibus thesauris  
tuis.

---

*Post sumptionem Sacramenti.*

Dominus meus, & Deus meus!  
Humiliare anima mea, &  
adora: exulta, & latare: Deus  
tuus in medio tui: in medio tui  
Salvator tuus; Sanctus Israel.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MEXICO  
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

## POST SACRUM.

*Non defrauderis a die bono,  
& particula boni doni  
non te prætereat.*

Eccle. 14.

*Admiratur intra se Deum suum.*

**D**ominus meus, & Deus meus;  
in quem non videns credo;  
quem diligo, & adoro; quid  
est homo, quod memor es ejus;  
aut filius hominis, quod vi-  
tatis eum? Recede a me, Domi-  
nator calorum; recede a me,  
quia ego homo peccator sum.  
Non sum dignus vocari filius  
tuus.

Et unde hoc mihi, ut veniat  
Dominus meus ad me? Et quis  
locus iste habitationis tuz; lo-

CUS

cus requici tuz, Deus meus,  
Salvator meus? Posui abomina-  
tiones in domo tua; contami-  
navi eam; egressus est ab ea  
omnis decor ejus: sed tu abluis  
fordes ejus; aufers universa in-  
quinamenta de medio ejus; im-  
plies illam decore, & gloria; &  
illam glorificas majestate tua.

Circumspice Hierusalem, &  
vide jucunditatem a Deo tibi  
venientem; venit tibi gaudium  
a sancto super misericordia, quz  
venit tibi ab æterno salutari tuo.  
Mirabilia fecit tecum Omnipo-  
tent; mirabilia operatus est in  
te; recordatus est tui, & visi-  
tavit te. Majestas Domini in-  
gressa est in te, & repleta es  
splendore gloriae Dei tui.

Abundavi delitiae in bonita-  
te tua magna, Domine: presen-  
tia tua delectatus sum; in te

E pax,

98

pax, & delectatio cordis ; replesti pace animam meam ; repletus sum ab ubere consolationis ; delitis afflui ab omnimoda bonitate tua.

Roborasti animam lassam , & animam esurientem saturasti ; pane iunctio vita eternæ cibasti me . Carnem tuam manducavi , & comedi de sacrificio , quod obtuli super placibile altare tuum . Calice salutari inebriatus sum , & bibi sanguinem immaculatæ victimæ , quam immolavi Domino Deo meo . Repletus sum fortitudine spiritus Domini .

Exultat in Deo suo .

**G**audens igitur gaudebo , & exultabit anima mea in Deo meo . Exultabit anima mea in Do-

99

Domino , & delectabitur super salutari suo . Cor meum , & caro mea exultaverunt in Deum vivum . Exultabo in Domino , & in Sancto Israel latabor ; latabor , & exultabo in Deo Jesu meo .

Exulta , & lauda habitatio Sion , quia magnus in medio tui Sanctus Israel . Lauda Sion , & latare , & exulta in omni corde filia Hierusalem ; exulta , & latare , quia magnificavit Dominus ut ficeret ; jubila filia Sion ; exulta , & latare in Domino Deo tuo , in Deo sancto tuo .

Landat , & gratias agit .

**Q**uid autem retribuam tibi Deus meus ? Quid retribuam ? Quanta fecisti animæ E 2 meæ ?

100

mex? Sacrificium laudis immo-  
labo tibi; reddam tibi Altissime  
vota mea: miserationum tua-  
rum, Domine, recordabor; lau-  
dabit te anima mea, & omnia  
osilla mea dicent: Domine, quis  
similis tibi? Exaltabo te, & be-  
nedicam te in latitiae; in actione  
gratiarum, & canticis; in can-  
ticipis labiorum meorum, confi-  
tebor tibi, quoniam fecisti mira-  
bilia.

Benedic anima mea Domino,  
& omnia, quæ intra me sunt,  
nomini sancto ejus; benedic  
anima mea Domino, & noli  
oblivisci omnes retributiones  
ejus: magnalia enarra operum  
ejus, & mirabilia adinventio-  
num ejus.

Laudem dicite Angeli ejus;  
laudem dicite servi ejus: bene-  
dicat te, Domine, omnis creatu-  
ra,

101

ra, & magnificet te in laude,  
quia mirificasti misericordiam  
tuam mihi, & consolatus es me:  
visitasti me, & parasti in dulce-  
dine tua pauperi Deus.

*Cor suum effundit ad Deum suum.*

I Nveni quem diligit anima  
mea: quid aliud est mihi in  
celo, & a te quid volui super  
terram? Defecit caro mea, &  
cor meum, Deus cordis mei, &  
pars mea Deus in æternum.  
Quis mihi det, ut cognoscam  
te, qui es intra me? Domine,  
ut videam.

Sonet vox tua in auribus  
meis; reple me inenarrabilibus  
verbis tuis; trahe me post te  
in odorem unguentorum tuo-  
rum. Gustavi, & vidi, quoniam

E 3 sua-

102

suavis es: liquefacta est anima mea; intremui ad tactum tuum; tergi Sanctum Domini; con-  
caluit cor meum intra me; con-  
cepi ardorem, & inflammatus  
sum: vulnerasti cor meum.

Quis me separabit a te? Non  
dimittam te, nisi benedixeris mi-  
hi. Reple me cælesti benedictio-  
ne, & gratia tua divitias in me  
abundanter effunde; aperi mihi  
fontem aquæ vive; aperi mihi  
thesaurum tuum; thesaurum  
desiderabilem; thesaurum non  
deficientem, ut admirer in ple-  
nitudine sancta, & glorificem te  
in hac die visitationis tuae; in  
hac die epularum, atque lati-  
tia; in die latitiae cordis mei.

Reple me omni gaudio, &  
pace in credendo, ut abundem  
in spe, & virtute Spiritus San-  
cti; & charitas magis, ac magis  
abun-

103

abundet in corde meo; & im-  
plear in omnem plenitudinem  
tuam.

Efundo animam meam in  
conspicu tuo. Recordare mei,  
quoniam visitasti me: respice  
in me, & miserere mei: lana  
me, quoniam infirmus sum; &  
tu venisti, ut curares me: ostend-  
e in me fortitudinem tuam, &  
tuere ab his, qui me persequuntur.  
Multi, qui persequuntur  
me, & tribulant me. Tu forti-  
tudo mea; tu robur meum; tu  
refugium meum.

Venisti ad me in fortitudine  
tua. Speravi in Domino Deo  
forti. Contere eos, & destrue  
illos illustratione adventus tui;  
præbe fortitudinem seruo tuo;  
da virtutem; multiplica robur  
eius, & sit, Deo fecum morante,  
confortatus.

E 4 San-

Sanctifica cor meum, in quo posuisti tabernaculum tuum; evelle spinas, quas germinavit; consume rubiginem ejus; confringe tumentes fluctus ejus. Irriga; flecte; innova; immuta; illumina; accende; inflamma, ut cognoscam mirabilia tua, & potentiam tuam, & virtutem praesentis tuz, & sciiam, quia es in medio mei Salvator meus.

*Pro sancta Morte.*

**I**N hora mortis meæ conforta me, Deus meus; & refice hoc pane vitæ, antequam moriar, ut vivam in æternum cum electis tuis, qui ad coenam magnam Dei vocati sunt, & sedent tecum in regno tuo, sicut tu sedes in throno Patris tui in regno ejus.

ejus, regnans in secula seculo-  
rum. Amen.

**DIEM FESTUM AGIT  
DEO SUO.**

*Et adorantes reversi sunt  
cum gudio magno,  
laudantes, & benedicentes  
Deum. Act. 1.*

**H**odie salus huic domui facta est. Venit filius hominis. Hosanna filio David! Benedic-tus, qui venit in nomine Domini, rex Israel! Hosanna in altissimis!

*Et nunc, Domine, dimitte ser-vum tuum in pace. Conforta-tus in te, refectus, & saturatus egredior de sanctuario tuo. R  
Memoria memor ero; memor*

**E**s ero

ero mirabilium tuorum; re-  
cordabor nominis tui; & me-  
moriale tuum in desiderio ani-  
mæ.

Cogitatio cordis mei confite-  
bitur tibi; & reliquæ cogitatio-  
nis diem festum agent tibi. Me-  
ditabor in operibus tuis, & in  
adventionibus tuis exercebor.  
Non recedet laus tua ab ore  
meo, quia magna mihi fecisti  
hodie. Tota die benedicam tibi;  
tota die cantabo laudem tuam.

Ne elongeris a me Deus meus;  
mane apud me, ut ducam lx-  
tam diem, & ambulans in forti-  
tudine cibi istius, viam mandato-  
rum curram, quia dilatasti cor  
meum; & visitatio tua, & pax  
tua, quæ exsuperat omnem sen-  
sum, custodiat spiritum meum  
in hac die, & in diem æternita-  
tis. Amen.

AP-

---

## APPlicatio sensuum.

*Omnis ftiens venite ad aquas:  
comedite bonum;  
& dilatabitur in crastinâne  
anima vestra. Ila. 55.*

*Contemplatur Deum suum.*

I Nveni, quem diligit anima  
mea. Quid mihi eit aliud in  
cxlo, & à te quid volui super  
terram? Defecit caro, & cor  
meum, Deus cordis mei, &  
pars mea Deus in æternum.

O Adonai! O splendor glo-  
riæ, & candor lucis æternæ,  
lumen delectabile, lux vera,  
quæ illuminas mentes homi-  
num! Quis mihi det, ut co-  
gnoscam te, qui es intra me?

E 6 Ostendit

Ostende faciem tuam , in quam  
desiderant Angeli prospicere .

Quam pulcher es , & deco-  
rus , totus desiderabilis ! Domi-  
ne , ut videam . Aperi oculos  
meos ; fulgura coruscationes ;  
emitte radios ab illuminatione  
vultus tui , & imple splendori-  
bus tuis animam meam .

*Audit Deum suum .*

**A**Udiam , quid loquaris in me  
Deus meus . Qui per os  
Sanctorum tuorum Prophetar-  
um loquebaris , & veniens in  
mundum , os tuum aperuisti , ec-  
ce ades . Loquere ad cor meum ;  
loquere , quia audit servus tuus .

Sonet vox tua in auribus  
meis ; vox enim tua dulcis :  
mel , & lac sub lingua tua ; fa-  
vus

vus distillans labia tua . Verba  
vitæ æternæ habes : fons sapien-  
tiae verbum tuum : ignitum ve-  
hementer eloquium tuum : lo-  
quere , Domine , loquere ; reple  
me incenarrabilibus verbis tuis .

*In ejus odorem currit .*

**E**X odore unguenti impleta  
Est anima mea . Odor tuus ,  
Domine , sicut odor agri pleni ;  
odor tuus super omnia aroma-  
ta . Trahe me post te in odo-  
rem unguentorum tuorum .

O salutaris victima , quæ prex  
hostiis patrum in odorem sua-  
vitatis ascendisti in conspectu  
Altissimi , suscipe cor meum in  
oblationem suavissimi odoris ;  
& impinguer altare tuum , & sit  
odor suavissimus in conspectu  
tuo .

Gn.

*Gustat Denm suum.*

**C**omedi, & factum est in ore meo, sicut mel dulce. Quam magna multitudo dulcedinis tuz, Domine! Gustavi, & vidi, quoniam suavis es: liquefacta est anima mea.

Caro tua cibus ad vescendum suavis; manna absconditum; favus dulcissimus gutturi meo. Sanguis tuus, potus latificans cor meum; calix tuus inebrians. Convertetur mihi omne amarum in dulce, præ abundancia saporis tui.

Vul-

*Vulneratur charitate.*

**I**ntremui ad tactum tuum; intremui, & espavi. Tetigi Sanctum Domini. Anima mea conglutinata est Deo meo. Concaluit cor meum intra me. Concepit ardorem, & inflammatus sum. Repletus sum fortitudine; vulnerasti cor meum.

Quis me separabit a te? Non dimittam te. Mane in me, & ego in te, ut vivam propter te: immo non ego vivam, sed tu in me. Sana me; conforta me; corroborata me; vivifica me; sanctifica me.

Ponam te, ut signaculum super cor meum, ne veniant alieni super sanctificationem domus tuz; & sit anima mea locus sancti.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE QUINTO Y LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE LIBRERÍA

Eficationis tuz, in quo glorifi-  
ceris Deus meus; cui onor, glo-  
ria, & imperium in secula sacer-  
lorum. Amen.

**ANTE COMMUNIONEM  
SACRAMENTALEM.**

*Paraffi mibi mensam  
in conspectu tuo.  
Psalm. 22.*

**A**Ccedam, Domine, ad altare tuum; ad altare holocausti; ad mensam plenam pinguedine, atque dulcedine. Hec est mensa purissima, atque mundissima coram Domino. Accedam, & comedam panem sanctum; panem desiderabilem, habentem omne delectamentum, & omnem saporem suavitatis, p[re]pa-

paratum Domino, & consecra-  
tum in loco sancto.

Quis ego sum, ut pares mihi  
juge convivium, & ponas me in-  
ter convivas mensa tuz? Quis  
ego sum, ut tangam sanctum  
tuum, & pascas me pretioso  
corpore, & sanguine tuo? Quis  
operatus est, & fecit hoc? A  
Domino factum est istud. O al-  
titudo divitiarum sapientiz, &  
scientiz Dei! Memoriam fecisti  
mirabilium tuorum. Mirabiles,  
Deus Altissime, adinventiones  
tuz! Domine, quis similis tibi?

Reple me cœlesti benedictio-  
ne, & gratia, ut sim sanctus  
corpore, & spiritu. Sanctifica  
animam desiderantem te; ani-  
magrarentem te; animam  
sicutientem te. Sanctifica cor  
meum, ut sit templum Dei vi-  
vi; habitaculum sanctum Do-  
mino.

Ve.

Veni, Domine, & noli tardare: excita potentiam tuam, & veni. Veni, & imple omne desiderium meum; occurre sitienti animæ meæ. Sitivit ad te anima mea: veni, & introducam te, & suscipiam te gaudens in domum meam. Habitabis in me, & quasi in thalamo tuo moraberis. Mirabitur, & dilatabitur cor meum, & sicut adippe, & pinguedine replebitur anima mea. Abundantia perfruar, & benedictionibus tuis plenus ero.

Ne timeas anima mea; venit Dominus confortans te. Lxtra, & gaude gaudio magno, quia venit tibi Salvator. Exulta, & lxtare; appropinquant tempus visitationis tuæ; prope est hora; veniet, & non tardabit. Dilata locum tentorii tui;

ta.

UNIVERSITATIS  
AUTONOMAE  
MEXICANA

tabernaculum tuum extende. Appropinquat tibi Deus tuus; egredere in occursum Dei tui; propera in adventum Salvatoris tui.

Dilato os tuum, & implebo illud. Ecce venio: Veni Domine Iesu. Amen.

### ANTE STUDIUM.

*Omnis sapientia a Domino Deo est.  
Eccle. i.*

**D**omine Deus Altissime, a quo omnis sapientia venit, qui posuisti sapientiam in viscerebus hominum, dirige viam meam, & studia mea in gloriam tuam. Da mihi sapientiam, & intelligentiam, ut suscipiam ex ore tuo eruditionem doctrinæ,

&amp;

& honorem te in mirabilibus  
tuis.

Da mihi cor, ut sciam te, &  
non glorier in sapientia mea;  
sed in hoc glorier, scire, & nos-  
se te: scire enim te, consumma-  
ta sapientia est; & non judi-  
cem, me aliquid scire, nisi Je-  
sus Christum, & hunc crucifi-  
xum; & arbitrer, omnia detri-  
mentum esse propter eminentem  
scientiam Jesu Christi, qui  
tecum, & cum Spiritu Sancto  
vivit, & regnat, Deus, in secula  
seculorum. Amen.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA  
DE BAJA CALIFORNIA

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

AD

**AD PETENDAM PRUDEN-  
TIAM IN AGENDIS.**

*Beatus, qui affuit prudentia.*  
Prov. 3.

**D**ominator virtutis, qui cum  
tranquillitate judicas, &  
cum magna reverentia disponis  
nos; tecum sapientia tua, quæ  
affuit tunc, cum orbem terra-  
rum conderes. Tuum est consil-  
lium, & æquitas; tua est pru-  
dentia; tua est fortitudo.

Intret sapientia in animam  
servi tui, qui minor sum ad  
intellectum judicii, & legum:  
nam si quis consummatus fuerit,  
& ab ipso absuerit sapientia  
tua, inter nihilum computabi-  
tur. Prudentia, & consilium cu-  
sto.

Podiant me, ut recta videant  
oculi mei, & in directione cor-  
dis judicium loquar, confidens  
in te, qui illuminator es, Domi-  
ne Deus meus.

HORA SEXTA.

*Erat autem hora, quasi sexta;  
& crucifixerunt eum.  
Joan. 15.*

**D**ominator vita mea, Deus  
meus, ordinatione tua per-  
severat dies, quoniam omnia  
serviunt tibi. Oritur sol, & oc-  
cidit; & ad locum suum rever-  
titur, gyrans per meridiem, &  
flebitur ad Aquilonem, lustrans  
universa. Vespere igitur, mane,  
& meridiem narrabo, & annun-  
tiabo; & exaudiens vocem me-  
am.

In-

Indica mihi, quem diligit ani-  
ma mea, ubi pascas, ubi cubes  
in meridie. Donec aspiret dies,  
& inclinentur umbrae, vadam  
ad montem myrrae, & ad col-  
leum thuris. Aspiciam in aucto-  
rem fidei, & consummatorem  
Iesum.

Contemplabor Deum meum,  
qui hora sexta crucifixus est, &  
pendens in ligno non habet, ubi  
reclinet caput suum. Sub um-  
bra illius, quem desideraveram,  
sedebo: stabo juxta crucem, &  
hauriam aquas in gudio de fon-  
tibus Salvatoris, & miseratio-  
num Domini recordabor.

O Sol justitiae, qui tenebre-  
scere fecisti terram in die lumi-  
nis, ne occidas super me; sed sis  
mihi in lucem sempiternam, &  
Deus meus in gloriam meam.  
Amen.

A.N.

## ANTE REFECTIONEM.

*Operamini, non cibum, qui peritis;  
sed, qui permanet  
in uitam aeternam.*

Joan. 6.

**D**omine Deus meus, qui Angelorum esca nutritiisti populum tuum, & panem de celo præstitisti eis; qui das escam omni carni, & imples cibo, & latitia corda nostra; qui pacis me a juventute mea, gratias ago tibi, quia parasti mihi mensam ex iis, quæ dedisti servis tuis.

Benedic, Domine, hæc dona tua, ut sumam cibum cum exultatione, & simplicitate cordis, collaudans te. Reficiatur spiritus

tus meus verbo tuo; dulcia enim sunt fauicibus meis eloquia tua. Fac, ut delecter, non cibo, qui perit, sed qui permanet in vita aeternam. Meus cibus sit facere voluntatem tuam, Deus meus; cui honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

## POST REFECTIONEM.

*Ut in omni conversatione  
sancti sis.*

1. Pet. 2.

**R**efecisti me, Domine, & nutritiisti me cum jucunditate; benedic te, & laudabo nomen tuum, & serviam tibi in toto corde omnibus diebus vita meæ. Et nunc, Domine, custodi me, ut secundum sanctæ legis

F con.

122

constituta, sit conversatio mea,  
Guberna linguam, & dirige co-  
gitationes meas, ut in sancta  
conversatione permaneam, &  
cum servis tuis glorificem te,  
Deus meus, quem decet gloria  
in secula seculorum, Amen.



## PARS SECUNDA.

*A meridie ad noctem.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

®

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

PARS

122

constituta, sit conversatio mea,  
Guberna linguam, & dirige co-  
gitationes meas, ut in sancta  
conversatione permaneam, &  
cum servis tuis glorificem te,  
Deus meus, quem decet gloria  
in secula seculorum, Amen.



## PARS SECUNDA.

*A meridie ad noctem.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

®

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

PARS

## LAUDES DIVINÆ

EX


## DIVINIS PERFECTIONIBUS.

*Mirabilia opera Altissimi solius.  
Eccle. 11.*

**L**AUDA anima mea Dominum; laudabo Dominum in vita mea; psallam Deo meo, quamdiu sum. Jucundum sit ei eloquium meum; ego vero delectabor in Domino.

Laudate servi Dominum; laudate, quia bonus Dominus. Hymnum cantate Domino; hymnum novum cantate Deo nostro; exultate in carminibus Dei nostri: collaudate, & benedicite Dominum in operibus

F 3 suis.



*Holocausta offerant Domino  
per singulos dies, mane, & vespere.  
2. Paral. 13.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA  
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

suis: exalte, & invocate nōmen ejus: mementote mirabilium ejus; mementote, quoniam excelsum est nōmen ejus.

Magnus Dominus, & laudabilis nimis; & magnitudinis ejus non est finis. Magnus est, & non habet finem; excelsus, & immensus; & nōmen ejus in eternum; & omnipotens manus ejus. Excelso cælo, & profundior inferno; longior terra mensura ejus, & latior mari. Numerus annorum ejus inestimabilis.

Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus, & sapientia ejus non est numerus. Magnus Dominus Deus noster, qui facit mirabilia magna solus; magna, & inscrutabilia absque numero: magnus vehementer; & mirabilis potentia ejus.

O Ado-

O Adonai! Domine, magnus es tu, & in omnia sacerdota regnum tuum. Magnus es tu, & præclarus in virtute tua. Primum montes fierent, aut formaretur terra, & orbis, a seculo, & usque in seculum tu es Deus.

Tua est, Domine, magnificencia, potentia, & gloria; cuncta enim, quæ in cælo sunt, & in terra, tua sunt. Tuum, Domine, est regnum; tu es super omnes gentes. In manu tua virtus, & potentia; in manu tua magnitudo, & imperium. Tu Dominus totius creaturæ; Dominus nomen est tibi.

Benedictus es, Domine, ab æterno in eternum. Laudaverunt te Patres nostri, & nos laudabimus te, & confitebimus nomini tuo in seculum, & in seculum sa-

seculi. Latabitur in te anima mea, & confitebitur tibi. Dediti mihi linguam, & in ipsa laudabo te. Tota die benedicam tibi; tota die cantabo laudem tuam.

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS

*Sapientia Dei.*

**Q**uis sufficit enarrare opera ejus? Quis investigabit magnalia ejus? Virtutem ejus, quis enuntiabit? Vias illius quis intelligit? Quis intravit in thesauros ejus?

Arenam maris, & pluviz guttas, & dies seculi, quis dinumeravit? Altitudinem celi, & latitudinem terra, & profundum abyssi, quis dimensus est? Unus est Creator omnipotens, & dominans Deus. Ipse vidit, & dinumeravit, & mensus est.

Men-

Mensus est pugillo aquas, & calos palmo ponderavit; appendit tribus digitis molem terræ; in pondere libravit montes, & colles in flatera; multitudinem stellarum numerat, & omnibus eis nomina vocat.

O altitudo divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei! Quis ascendit in celum, & accepit eam, & transluxit eam de nubibus? Quis transfretavit mare, & invenit illam, & attrulit illam super aurum electum?

Deus magnus, vincens scientiam nostram; magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu. Non est, qui possit scire vias sapientiæ ejus, neque qui intelligat semitas ejus; sed qui scit universa, novit eam, & adinvicit eam.

Dominus sapientia fundavit

F 5 ter-

terram, & stabilivit eis prudētia. Sapientia ejus erupe-  
runt abyssi, & nubes rōre con-  
crescent. Creavit illam in Spi-  
ritu Sancto, & effudit eam su-  
per omnia opera sua.

Non sunt ab eo abscondita  
tempora. Fines mundi intuetur;  
subter omnes eis considerat;  
& lumen illius super omnes ter-  
minos terra. Revelat profunda,  
& abscondita, & novit in te-  
nebris constituta. Ipse est con-  
spector saeculorum, & lux cum  
eo est.

Oculi ejus super vias homi-  
num, & omnes gressus eorum  
considerat. Opera eorum cofam-  
illo, & iniquitates eorum in  
conspectu illius. Abyssum, &  
cor eorum investigabit, & de-  
corabit magnalia sapientiae suæ,  
qui est ante saeculum, & usque  
in saeculum.

Mi.

### Misericordia Dei.

**C**onsiteantur Domino miseri-  
cordia ejus; misericordias  
Domini in æternum cantabo.  
Quam magna misericordia Do-  
mini! in æternum misericordia  
eius; miserationes ejus super o-  
mnia opera ejus. Secundum ma-  
gnitudinem magnitudinis ipsius,  
sic misericordia cum ipso est.

Non in perpetuum irascetur,  
neque in æternum comminabi-  
tur. Non secundum peccata no-  
stra fecit nobis; neque secundum  
iniquitates nostras retribuit no-  
bis. Quantum distat calix a  
terra; quantum distat ortus ab  
occidente, longe fecit a nobis  
iniquitates nostras. Quomodo  
miseretur pater filiorum, mi-

F 6 ser-

132

seruit est Dominus timentibus  
se, quoniam ipse cognovit fig-  
mentum nostrum. Misericordia,  
& misericors Dominus; longa-  
nimas, & multum misericors.  
Quis sapiens, & custodiet huc,  
& intelliget misericordias Do-  
mini?

*Judicia Dei.*

**M**Emor ero judiciorum ejus;  
quam incomprehensibilia  
sunt judicia ejus! Nimis profun-  
da cogitationes ejus. Magnus  
fortitudine, & judicio, & ju-  
stitia; & enarrati non potest;  
terribilis in consilii super filios  
hominum: judicia Dei abyssus  
multa.

Quasi lumen in manu figuli;  
sic homo in manu illius, qui se  
fe.

133

fecit. Dominus multiplicat gen-  
tes, & perdit eas, & subverfas  
in integrum restituit; mutat  
tempora, & ziatates; transfert  
regna, atque constituit.

Flagellat, & salvat. Mortifi-  
cat, & vivifacit; deducit ad in-  
feros, & reducit; pauperem fa-  
cit, & ditat; humiliat, & sub-  
levat; suscitat de pulvere ege-  
num, & de stercore elevat pau-  
perem.

Humiliat peccatores usque ad  
terrā, & dispergit superbos  
in furore suo. Impii flante Deo  
perierunt, & spiritu irae ejus  
consumpti sunt. Flavit in eos,  
& aruerunt, & quasi turbo iti-  
pulam, auferet eos. Cognoscetur  
Dominus judicia faciens: iustæ,  
& veræ sunt vix ejus. Exaltabi-  
tur in judicio, & exaltabitur in  
iustitia.

Po.

*Potentia Dei.*

**C**onsiteantur Domino omnia opera ejus. Memor ero operum Domini: memor ero mirabilium ejus; magna opera ejus. Omnia quicumque voluit, fecit in celo, & in terra; in mari, & in omnibus abyssis. Ipse omnipotens super omnia opera sua.

In manibus abscondit lucem; emitit lumen, & vadit; vocavit illud, & obedit ei in tre more. Qui præcipit soli, & non oritur; & stellas claudit, quasi sub signaculo. Increpat mare, & exsiccat illud; fervescere, facit profundum ejus, & intumescent fluctus.

In sermone ejus filuit ventus,  
&

& ad voluntates ejus aspirat nos tus: aufert illas pluvias, & effundit imbras ad initia gurgitum: induit calum tenebris; tonat voce magnitudinis suæ; vox tonitru ejus verberabit terram. Emitit lagittas suas, & dissipat; fulgura multiplicat, & conturbat; coruscationes emittit judicij sui.

In conspectu ejus commoven tur montes; & petrae, sicut cera liquefcent ante faciem ejus: in furore suo obstupefaciet gentes; in ira ejus turbata est terra. Respicit eam, & facilit eam tremere: commovet eam de loco suo; & fundamenta ejus concutuntur: in turbine, & tempestate viæ ejus; & nebulae, pulvis pedum ejus.

Consideravi opera Domini, & expavi. Terribilia opera ejus.

Si

Si voluerit subvertere omnia,  
quis contradicet ei? Quis effu-  
git manum ejus? Quem consti-  
tuit alium super terram, aut  
quem posuit super orbem ter-  
rarum, quem fabricatus est?

Nemo resistit ira ejus; & cur-  
vantur sub eo, qui portant or-  
bem. Columnæ cœli contremi-  
scunt, & pavent ad nutum ejus.  
Potestas, & terror apud eum est;  
potestas ejus, potestas sempiter-  
na; mirabilis in maiestate, fa-  
ciens prodigia.

### Glorificatio Dei.

**T**imeat Dominum omnis ter-  
ra; ab eo autem commo-  
veantur omnes inhabitantes or-  
bem. Regna terra cantate Deo;  
cantate Domino; terribili, &  
ei,

ei, qui aufert spiritum pri-  
cipium; terribili apud reges ter-  
rae.

Laudate gentes; glorificate  
populi; narrate laudes Domi-  
ni; annunciate opera ejus; e-  
narrate miracula ejus, & ter-  
ribilia ejus; signa ejus, quia  
magna sunt; & miracula ejus,  
quia fortia sunt; & regnum  
ejus, regnum sempiternum; &  
potestas ejus in generationem,  
& generationem.

Timete Dominum, & date  
illi honorem: adorate eum, qui  
fecit cœlum, & terram; mare,  
& fontes aquarum. Qui remi-  
niscimini Dominum, ne taceatis;  
in omni corde, & ore col-  
laudate, & benedicite nomen  
Domini.

Benedicite Deum cœli, & con-  
sitemini illi; viventem in sem-  
pi-

piternum glorificate. Ipsi soli honor, & gloria; ipse solus Altissimus; & omnes homines terra, & cœni.

### HORA NONA.

VALERE FLAMMANT  
VERITATIS

*Et circa horam nonam  
clamans Jesus voce magna  
expiravit. Marci 11.*

**D**omine Deus meus formans lucem, & creans tenebras; ecce dies declinior est ad occasum, & propinquat ad vesperam; da, ut reliquum hujus diei, & vitæ meæ cum gaudio sit, & cum bono profectu timoris tui.

Ut testimonium præbeam in conspectu tuo, & ornem temporis uisque ad consummationem

vitæ, & amplificem tuam sanctitatem, cui gloria nunc, & in diem æternitatis.

Et nunc, Domine, memor sanctissimæ mortis tux, quando hora nona in cruce exclamans; Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me; & commendans Patri spiritum tuum, iterum clamans voce magna expirasti; ne derelinquas me in hora tribulationis, & transitus mei. Salvum fac Deus meus sperantem in te. In te speraverunt patres nostri; speraverunt, & liberasti eos; ad te clamaverunt, & salvi facti sunt; in te speraverunt, & non sunt confusi.

Memento mei Deus meus, a quo emptus sum pretio magnorum; in manus tuas commendo spiritum meum, ut intrans in gloriam tuam laudem te, & glorificem

ficem in regno tuo in saecula saeculorum. Amen.

ANTE LECTIONEM  
SPIRITUalem.

ALERE FLAMMAM

*Leger omnibus diebus vita sua,  
& disceit custodire verba,  
qua in lege scripta sunt.*

Deut. 17.

**U**TINAM, Domine, loquaris  
mecum, & aperias labia  
tua mihi; & sapientiam tuam  
audiet auris mea, & intelligam  
sermonem tuum. Inclina cor  
meum ad cognoscendam legem  
tuam; non abscondas a me ser-  
monem tuum.

Inclina aurem meam ad susci-  
pienda eloquia tua, ut faciam,  
quod est placitum coram te, &  
di-

discam ex ore tuo legem, &  
scribam illam in tabulis cordis  
mei, & custodiam illam, ut pu-  
pillam oculi mei.

POST LECTIONEM  
SPIRITUalem.

*Custodi præcepta mea.  
Prov. 4.*

**D**OMINE, ad quem ibimus?  
Verba vitæ æternæ habes;  
sermo tuus veritas est. In me-  
moria sermonum tuorum dele-  
stabor, & præcepta tua recon-  
dam mihi: non tecendent ab o-  
culis meis; vita enim sunt in-  
venientibus ea.

Permaneat in me verbum ve-  
ritatis, quod audivi, ut opere  
illud compleam, & fructificem

142

in omni opere bono, digne ambulans coram te, Deus meus; cui gloria in facula saeculorum.  
Amen.

---

### VISITATIO

### SS. EUCHARISTIÆ.

### ADORATIO, ET LAUS.

*Corruentes proni in terram  
adoraverunt, & laudaverunt  
Dominum. 2. Paral. 7.*

*Admiratur, & gaudet.*

**Q**uam terribilis est locus iste! Hic domus Dei est. O Adonai magne, & mirabilis! Quis poterit stare in conspectu tuo? Quis stabit ante faciem tuam in hoc templo sancto tuo? In hoc loco sanctificationis tux?

Quis

143

Quis non timebit te, & magnificabit nomen tuum, omnipotens Deus altissime? Deus potens, & metuendus nimis! Quis similis tui in fortibus, Domine? Quis similis tui? Magnificus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis; faciens mirabilia; laudabilis nimis, & horribilis super omnes Deos. Expavit cor meum p̄x timore, & tremore magnitudinis tux; p̄x timore, & tremore gloriae tux.

Ergo ne credibile est, quia habitat Deus cum hominibus super terram? Si calum, & calix calorum non te capiunt, quanto magis domus ista? Qui fides super Cherubim in excelso solio gloriae tux, elegisti sanctuarium in loco isto; posuisti tabernaculum tuum in medio nostri, & habitas nobiscum: nos

po.

populus tuus; & tu Deus noster.

Vere tu es Deus noster absconditus, Deus Israel; gloria templi, & altaris tui; nec est alia natio, tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis.

Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui Sanctus Israel: gloria Domini super te. Posuit domum suam in gloriam cunctis gentibus; templum suum laudem in terra. Complacuit sibi Dominus in te; gaudebit super te Deus tuus.

Confortare omnis populus terra, quia Deus noster nobiscum est, & repletur domus hæc sancta gloria Majestatis ejus. Templum Domini in gloria sempiterna: Dominus in loco sancto suo, & in conspectu ferorum suorum glorificabitur,

&amp;

& laudabitur in medio populi sui.

Ego autem, & anima mea in eo lxtabimur: exultabo in gloria ejus; jubilabo ante altare Domini Dei Israel, & præsente omnipotente delectabor. In medio Ecclesie laudabo eum; in medio populi glorificabo eum.

*Laudat, & adorat.*

**E**gee omnes Angeli, qui servint tibi die, ac nocte in templo tuo, & adstant coram te, & cadunt in facies suas, & adorant te Deum viventem in secula seculorum, & cantant canticum novum, quem in cælis cantant, stantes ante thronum, & in conspectu agni: dignus est agnus, qui occisus est,

G ac-

accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Alleluia. Salus Deo nostro sedenti super tronum, & agno.

In conspectu Angelorum adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo. A solis ortu, & occalu magnum est in gentibus nomen tuum: potestas tua in æternum: a seculo tu es Deus; tu solus Altissimus super omnem terram.

Benedictus es in templo sancto tuo, & superlaudabilis, & supergloriolus, & superexaltatus in secula. Gaudium, & laetitia coram altari tuo; gratiarum actio, & vox laudis; vox dicentium: confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia ejus.

Be-

Benedicent domum sanctificationis ejus; templum gloriae ejus. Ponent Domino gloriam, & honorem; & laudem ejus annuntiabunt. Cantabunt Domino in canticis gaudii; cantabunt Deo suo de canticis Sion.

Intrent in conspectu tuo omnes gentes: cadant in faciem super terram; adorare Dominum Deum suum, & dare preces omnipotenti Deo excelsi; dare laudem in labiis suis, & confessionem Sancto in verbo gloriz.

Adorent te in oblatione sancta: glorifcent te, quantumcumque potuerint; supervalebis enim adhuc; & admirabilis magnificentia tua. Benedicant te, & exaltent, quantum possunt; major enim es omni laude.

Exaltantes te repleantur vir-

G 2 tu-

tute, & narrent laudes tuas, & mirabilia tua, quæ fecisti. Tremiscant, & paveant te; paveant ad sanctuarium tuum, a terribili nomine Majestatis tui.

Venite genites, & adorate Dominum; date gloriam nomini ejus; date gloriam laudi ejus. Venite in conspectu ejus, & adorate Dominum in decore sancto. Afferte Domino gloriam, & honorem; afferte Domino gloriam, & imperium. Adorare Dominum in atrio sancto ejus; adorare coram sancto altari ejus.

Non est Sanctus, ut est Dominus; neque est fortis, sicut Deus noster. Omnes dei populorum idola; Dominus autem celos fecit. Confessio, & magnificentia coram eo; fortitudo, & gaudium in loco ejus.

Da-

Date magnificentiam Deo nostro: cantate ei, quoniam magnifice fecit: annuntiate hoc in universa terra: curvate genu Deo excelso; pavete, & adorare: cum timore, & tremore confitemini illi.

Laudem dicite servi ejus, & qui timetis eum, pusilli, & magni. Cantate Deo; cantate Domino; cantate ei canticum novum: laus ejus ab extremis terrarum. Extamini in Domino Deo vestro; jubilate coram Domino; jubilate in conspectu ejus; exultate, & jubilate Deo Jacob. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei, quia regnavit Dominus Deus noster omnipotens.

Confitemini Deo Deorum; confitemini Deo cali; confitemini Domino Dominorum;

G 3 con.

confitemini, & benedicite Re-  
gem saeculorum : ipsi soli ho-  
nor, & gloria ; ipsi gloria in Ec-  
clesia in omnes generationes sa-  
culi saeculorum . Amen .

Et nunc, Domine, dimitte  
servum tuum in pace . Introivi  
in domum tuam ; adoravi ad  
templum sanctum tuum . Bene-  
dic ingredientem de sanctuario  
tuo ; benedic, & sanctifica ser-  
vum tuum , ut cum gudio re-  
vertar ad domum sanctam tu-  
am , & effundam cor meum an-  
te conspectum tuum , Domine  
Deus meus .

---

## VISITATIO

### S. EUCCHARISTIÆ.

*Affectus Anima ad Christum.*

*Inveni, quem diligit anima mea.*

Cant. 3.

O Splendor glotix , & candor  
lucis æternæ ! Quis est, qui  
contempletur te ? Quis intelli-  
git in absconditis tuis ; & ab-  
condita tua quis revelabit ? Quis  
mihi det, ut cognoscam te, Deus  
cordis mei ; solus desiderabilis ?

Qui lucem inhabitas inacces-  
sibilem , posuisti velamen super  
faciem tuam . Posuisti tenebras  
latibulum tuum , & habitas in  
nebula ; sed etiam nubes spargit  
lumen suum ; & gloria tua appa-  
ret

G 4

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MEXICO

DIRECCIÓN GENERAL DE

152

ret in nube. In nube coruscat  
majestas tua. Vultus tuus abs-  
conditus, & illuminans.

Ostende faciem tuam, in  
quim desiderant Angeli prospic-  
cere. Ostende majestatem, &  
magnitudinem tuam, ut exulta-  
tem tibi in timore, ac tremore  
sancto. Fulgura coruscationes,  
& emitte radios ab illuminatio-  
ne vultus tui.

Deus meus, in cuius conspe-  
ctu sto; in quem non videns cre-  
do; quem diligo, & adoro, &  
credens exulto lætitia inenarrabi-  
lia; lætetur cor meum in ab-  
scondito tabernaculi tui; in  
abscondito faciei tui. Ad te  
oculos meos dirigo; ad te fa-  
ciem meam converto.

Tu ignis perpetuus, qui nun-  
quam deficit in altari. Egre-  
diatur ignis a facie tua. Effun-  
de

153

de in me ardorem sanctum; &  
sit cor meum ante altare tuum,  
sicut thus ardens in igne; sicut  
cera liquefæns ante faciem tu-  
am.

Domine, dilexi decorem do-  
mus tux, & locum habitationis  
gloræ tux. Beati servi tui, qui  
assistent coram te! Quam pul-  
chra tabernacula tua Jacob!  
Tabernacula, quæ fixit Domi-  
nus. Quam dilecta tabernacula  
tua, Domine virtutum! Altaria  
tua, Rex meus, & Deus meus!  
Unam petii; hanc requiram, ut  
inhabitem in domo Domini; ut  
visitem templum ejus. Hæc re-  
quies mea; hic habitabo, quo-  
niam elegi eam.

Da mihi, ut appaream quoti-  
die ante faciem tuam coram al-  
tari tuo, & maneam ibi jugiter;  
ut tu mancas mecum in diebus

G 5 pe.

154

peregrinationis meæ usque ad consummationem vitæ , donec te videam in Sion monte sancto tuo , quando elevabitur nubes de tabernaculo , & adimplebis me lætitia cum vultu tuo ; & satiabitur oculus meus , videns gloriam tuam .

O Israel ! Quam magna est dominus Domini , & ingens locus possessionis ejus ! Beati qui habitant in domo tua , Domine ! In secula seculorum laudabunt te . Oculus non vidit absque te , quæ preparasti diligentibus te . Inebriabuntur ab ubertate dominus tui . Torrente voluptatis potabis eos : delectationes in dextera tua usque in finem .

Sitivit anima mea ad Deum vivum ; quando transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei ? Quando veniam ,

155

niam , & apparebo ante faciem tuam , & videbo te , sicut es ? Incola ego sum in terra : expecto , donec veniat immutatio mea . Suspicio in cælum ; suspiro , & ingemisco .

Pars mea Dominus , dixit anima mea ; propterea expectabo eum . Expectabo te Deum Salvatorem meum . Non confundas me ab expectatione mea , Domine Deus meus ; & laudabo te in domo tua , & adorabo ; cui magnificientia , & gloria , imperium , & potestas ante omne seculum , & nunc , & in secula seculorum . Amen .

UNIVERSIDAD NACIONAL DE NUEVO LEÓN  
DEPARTAMENTO DE BIBLIOTECAS

G 6 VI.

VISITATIO  
SS. EUCHARISTIÆ.

*Preces Anima ad Christum.*

*Precantes Deum permanebant in conspectu Domini.*

Judith. 4.

**D**omine Deus meus recordatus sum tui, ut veniat ad te oratio mea: ecce sto in sanctuario tuo. Quis autem ego sum, ut appropinquem tibi? Deus magne, atque terribilis, quem omnia pavent, & tremunt; a vultu virtutis tuz confundor, & erubesco levare faciem meam ad te, quoniam iniquitates meæ multiplicatae sunt nimis, & delicta mea creverunt usque ad cælum.

Mul-

Multa sunt iniquitates meæ, & multa peccata mea; sed tibi, Domine, misericordia, & propitiatio, quia Deus miserationum, & clemens es tu, cultodiens pactum, & ignoscens super malitia. Ne projicias me a facie tua, & ne expellas me de conspectu sanctuarii tui.

Effundam animam meam in conspectu tuo; levabo ad te manus meas in loco sancto, quem elegisti, ut ponas nomen tuum ibi, & habites in eo. Invocabo te, & exaudies me de templo sancto tuo. Quicumque enim invocaverint te, & expandenter manus suas in domo hac, exaudies de hoc habitaculo sancto tuo; quia non est confusio invocantibus te; & non repellos venientes ad locum sanctum tuum.

Sint

Sint igitur oculi tui aperti, & aures tux errecte ad deprecationem nostram, quæ sit in loco isto. Audi orationem, quam seruus tuus orat coram te. Exaudi preces servorum tuorum, & exaudi nos in universis, pro quiibus invocaverimus te.

Si irruerint super nos mala, gladii, pestilentia, & famæ; si clauso celo pluvia non fluxerit propter peccata populi; si iratus concutias fundamenta terræ, & facias eam tremere; stabimus coram te in domo hac, & paventes corruemus ante sanctuarium tuum. Prosternemus nos ante faciem templi; operiemus lacrymis altare tuum; clamabimus ad te; clamabimus; salvosque facies.

Et si peccaverit tibi populus tuus, & egerit pœnitentiam in cor.

corde suo, & conversus deprecatus fuerit te, propitiaberis populo tuo; populus enim tuus, & hereditas tua est.

*Ut peccatoribus propitietur.*

PARCE, Domine, parce populo tuo, & ne des hereditatem tuam in perditionem. Avertatur ira, & furor tuus. Exaudi Domine; placare. Ne irascaris usque ad consummationem; ne perdas, quos redemisti.

Immuta cor eorum, qui recesserunt a te, ut revertantur ad te; aufer cor lapideum, & da cor novum; & spiritum novum in viscerebus eorum infunde, ut confundantur, & erubescant super vias suas malas, & convertantur ab iniuriantibus suis.

Fac

Fac, eos in præceptis tuis ambulare, & mandata tua custodi-re; & cognoscant, quia miseri-cors es, & multus ad ignoscen-dum; & peccata condonas iis, qui invocant nomen tuum; & non delectaris in perditionibus nostris.

---

*Ut Ecclesiam suam protegar.*

**P**rotege, Deus meus, Eccle-siam, quam fundasti. Respi-ce, & visita vineam, quam plan-tavit dextera tua. Confundan-tur inimici ejus; confundantur in omni potentia tua; & robur eorum conteratur. Alleva ma-num tuam; glorifica manum tuam; irruat formido, & pavor super eos.

Et sciant omnes, qui habi-tant

tant terram, quia nobiscum es, & nomen tuum invocatum est super nos, & es Deus solus, & gloriolus super orbem terra-rum, & non est similis tui in caelo, & in terra. Turbentur a facie tua, qui polluant nomen tuum, & sanctum Israel blasphemaverunt.

---

*Ut Infideles convertat.*

**E**Mitte lucem tuam in gen-tes, quæ non exquisierun-t, ut cognoscant te, sicut nos cognoscimus te, & discant uni-versi populi terrarum timere nomen tuum magnum, sicut populus tuus; & videant po-tentiam tuam, & enarrant ma-gnalia tua, videntes gloriam Do-mini, & decorem Dei nostri;

&amp;

& sciant, quia nomen tibi dominus.

Convertantur ad te universi fines terræ, & adorent in conspectu tuo universæ familiæ gentium. Adorent te omnes reges terra; omnes gentes serviant tibi. Sanctificare in oculis nationum, & decantent nomen sanctum tuum, Domine Rex Deorum, & universæ potestatis.

*Ut sanctuarium suum respiciat.*

O stende faciem tuam super sanctuarium tuum; sint oculi tui, & cor tuum in loco isto cunctis diebus: elegisti enim domum hanc, & sanctificasti locum istum, ut sit nomen tuum ibi in sempiternum, & sit dominus orationis, & obsecrationis populo tuo.

*Ut*

*Ut populum suum custodiat.*

R espice super familiam tuam, & ne cogites super illam malum; non avertas faciem tuam a nobis. Memento misericordiarum tuarum; respice in nos, & miserere nostri. Ne despicias partem tuam, quam redemisti, & populum, quem separasti tibi; nos enim nescimus alium Deum præter te.

Miserere civitati sanctificationis tux; protege urbem hanc, & salva eam propter te; custodi habitatores ejus. Da nobis jucunditatem cordis, & fac pacem in diebus nostris per dies sempiternos. Erue nos in mirabilibus tuis; ostende te nobis in tribulatione nostra; libera nos

nos de angustiis nostris. Ad te  
sunt oculi nostri, ne pereamus.

Reple misericordia plebem  
tuam, & gloria tua populum  
tuum, ut magnificatus sis in no-  
bis, & glorificeris in medio no-  
stri, & timeamus te, & ambule-  
mus in viis tuis cunctis diebus,  
quibus vivimus super faciem  
terrae, & custodiamus pactum  
tuum, & sequamur te in toto  
corde, & simus populus sanctus  
Dei nostri.

Ecce fundimus preces nostras,  
& humiliamus animas nostras,  
& prosternimus nos ante faciem  
tuam, & petimus misericordiam  
ante conspectum tuum, Domine  
Deus noster.

Et nunc, Domine, egredior  
de sanctuario tuo; recordare,  
quod steterim in conspectu tuo.  
Levavi manus meas ad tem-  
plum

plum sanctum tuum, & depre-  
catus sum faciem tuam in toto  
corde meo. Miserere, Domine,  
servi tui; & benedic de sancto  
altari tuo, & in viam pacis diri-  
ge gressus meos, Domine Deus  
meus.

### VISITATIO

#### SS. EUCHARISTIÆ.

*Pro sancta morte.*

*Semper cum Domino erimus.*

1. Thess. 6.

Domine Deus spirituum uni-  
versæ carnis hominis, qui  
vitæ, & mortis habes potesta-  
tem, anima in angustiis, & spi-  
ritus anxius clamat ad te. Ti-  
mor, & tremor venerunt super  
me,

me, & formido mortis cecidit  
super me.

Peregrinus sum apud te, &  
advena, sicut omnes patres mei,  
& nescio, quandiu subsistam, &  
si post modicum tollas me. Dies  
mei, sicut umbra super terram,  
& sicut nubes, quæ consumuntur,  
& transit. Induetur caro mea  
putredine; & in pulverem redu-  
ces me.

Memento mei, Deus meus,  
quando appropinquabit finis  
meus; custodi animam meam,  
ut inhæream tibi, & faciam,  
quod est placitum in conspectu  
tuo, & compleam annos meos  
cum gudio, in timore tuo.

Conforta me in illa hora  
transmigrationis meæ, quando  
circundabunt me dolores mor-  
tis, & torrentes iniquitatis con-  
turbabunt me, & pericula in-  
fer-

fernī invenient me: circunda-  
bunt me aquæ usque ad ani-  
mam; abyslus vallabit me, &  
pelagus operiet caput meum:  
collectabitur anima mea; an-  
xiabitur cor meum, & angustia-  
bitur præ pavore.

Visita servum tuum, & refice  
hoc pane vitæ, antequam mor-  
riar, & ingrediar viam univer-  
sa carnis, ne deficiam, & ne  
formidem a facie inimicorum  
meorum. Quæ enim fortitudo  
mea, ut possim resistere tantæ  
multitudini, quæ irruet super  
me, nisi tu adjuves me?

Qui formasti me, non ad con-  
sumptionem, non sis mihi formi-  
dini; spes mea tu in die afflictio-  
nis. Occurre mihi, ne absor-  
beat me inimicus, quasi draco.  
Memorare, quæ mea substantia;  
nunquid enim vane constituisti  
om-

168

omnes filios hominum? In te  
projectus sum ex utero; de  
ventre matris meæ tu es fufce-  
ptor meus.

Delicta juventutis meæ, &  
ignorantias meas ne memineris;  
ne memineris iniquitatum mea-  
rum antiquarum; ne recorde-  
ris peccata mea, & non intres  
in judicium cum servo tuo, quia  
non justificabitur in conspectu  
tuo omnis vivens. Et quantus  
ego sum, ut respondeam tibi,  
& loquar tecum verbis meis?

O Domine! Libera animam  
meam; latifica animam servi  
tui, & fufcipe in pace spiritum  
meum, ut revertatur ad te fa-  
cторem suum, in quem credidit,  
& quem fideliter adoravit.

Et statue me cum electis tuis,  
ut cum veneris in nubibus cœli  
cum potestate magna, & maje-

sta.

169

state glorificari in Sanctis tuis,  
& mirabilis fieri in iis, qui in te  
crediderunt, & dare vindictam  
iis, qui nomen tuum non invo-  
caverunt, in latitia occurram  
tibi.

Et sequar te in regnum tuum;  
& ero semper tecum; & in car-  
ne mea videbo Deum Salvato-  
rem meum; & adorabo te in  
templo sancto gloria tua, quem  
nunc adoro in hoc sancto altari  
tuo; & cum Angelis, & Sanctis  
tuis glorificabo nomen sanctum  
tuum, & in eternum cantabo  
misericordias tuas; quia non  
conclusisti me in manus inimici,  
& salvam fecisti animam meam,  
Deus meus; cui gloria in facu-  
la fæculorum. Amen.

H AD

## AD B. VIRGINEM.

*Venite ad me omnes, qui concupisceatis me.* Eccle. 24.

*Laudes Virginis.*

**B**enedicta a Domino Deo excelso, præ omnibus mulieribus super terram; te elegit Dominus Deus Israel, ut sederes in throno regni sui in sempiternum. Tu gloria Jerusalem; tu iustitia Israel; tu honorificentia populi nostri.

Benedictus Dominus, qui exaltavit te, & nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua ab ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum. Dominus, exal-

ta-

ratio tua, qui contulit splendorem tibi, ut incomparabili decoro omnium oculis appareres; te adamavit, plusquam omnes mulieres. Quasi sponsam decoravit corona, & quasi sponsam ornavit monilibus; posuit diadema regni in capite tuo; fecitque, te regnare.

Tu amabilis Domino, qui te amabilem fecit; & nimis amabilis diligentibus te. Tu admirabilis in conspectu potentium; & facies Angelorum mirabuntur te, vas admirabile; opus excelsi; civitas regis magni; templum Dei vivi; habitaculum Spiritus Sancti; & beatam te dicent omnes generationes, quia fecit tibi magna, qui potens est; & qui creavit te, requievit in tabernaculo tuo.

In te adimplevit Dominus mi-

H 2 se-

sericordiam suam, quam pro-  
misit domui Israel; & interfecit  
in manu tua holtem populi sui,  
& ad nihilum redigit inimicos  
nostros. Manus Domini con-  
fertavit te; & ideo eris bene-  
dicta in eternum.

---

*Invocatio Virginis.*

---

**T**U, civitas refugii, ad quam  
venient gentes ab extremis  
terra, fortitudo nostra, robur  
nostrum, & refugium nostrum;  
in nomine tuo fiducia fortitudi-  
nis; & filius tuus eris ipes. Roga-  
bit te populus tuus, ut in eter-  
num custodias illum, quix tuam  
portionem signis evidenteribus  
protegis.

Ne retrahas manum tuam ab  
auxilio servorum tuorum, pro  
qui-

quibus non pepercisti anima tua  
propter angustias, & tribulati-  
ones generis tui; sed subvenisti  
ruinx ante conspectum Dei no-  
stri, loquens pro nobis bonum;  
ut averteret iram indignationis  
sua a populo suo. Inveniat ser-  
vus tuus fiduciam, & oret co-  
ram te. Converte oculos tuos  
ad me; deprecaberis pro me, &  
liberabis me; & placatus erit  
mihi Filius tuus.

---

*Pro sancta morte.*

---

**Q**UOX stabas juxta crucem,  
quando omnipotens re-  
plevit te amaritudine, ad sis mi-  
hi in hora tribulationis, & pro-  
tege me dextera tua, donec tran-  
seam. Invocabo nomen tuum;  
levabo manus meas, & clamabo

H 3 ad

ad te ; memento mei , quando appropinquabit finis meus . Da mihi fiduciam , ne timeam in die furoris Domini .

Dillolvantur in specie faciei tui inimici mei ; dissipata cogitationes eorum ; de manu eorum eripe me . Consolare me in exitu spiritus mei , & deduc me in vitam æternam , ut videam te , & filium tuum Jesum Christum ; quem beatus venter tuus portavit ; quem beata ubera lactave- runt ; & cum Patre , & Spiritu Sancto vivit , & regnat Deus in secula seculorum . Amen .

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MEXICO

DIRECCIÓN GENERAL DE ESTUDIOS

EXA.

## EXAMEN CONSCIENTIÆ.

*Scrutemur vias nostras , & leve-  
mus corda nostra cum manibus  
ad Deum in calo .*

Thren . 3.

*Laudat , & gratias agit .*

**Q**uid retribuam Domino pro omnibus , quæ retribuit mihi ? Benedic anima mea Domino , & omnia , quæ intra me sunt , nomini sancto ejus ; benedic anima mea , Domino , & noli oblivisci omnes retri- butiones ejus ; benedic anima mea , & intellige misericordias Domini .

*Laudem Deo nostro super  
omnibus , & super multitudi-*

H 4 nem

ad te ; memento mei , quando appropinquabit finis meus . Da mihi fiduciam , ne timeam in die furoris Domini .

Dillolvantur in specie faciei tui inimici mei ; dissipata cogitationes eorum ; de manu eorum eripe me . Consolare me in exitu spiritus mei , & deduc me in vitam æternam , ut videam te , & filium tuum Jesum Christum ; quem beatus venter tuus portavit ; quem beata ubera lactave- runt ; & cum Patre , & Spiritu Sancto vivit , & regnat Deus in secula seculorum . Amen .

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE MEXICO

DIRECCIÓN GENERAL DE ESTUDIOS

EXA.

## EXAMEN CONSCIENTIÆ.

*Scrutemur vias nostras , & leve-  
mus corda nostra cum manibus  
ad Deum in calo .*

Thren . 3.

*Laudat , & gratias agit .*

**Q**uid retribuam Domino pro omnibus , quæ retribuit mihi ? Benedic anima mea Domino , & omnia , quæ intra me sunt , nomini sancto ejus ; benedic anima mea , Domino , & noli oblivisci omnes retri- butiones ejus ; benedic anima mea , & intellige misericordias Domini .

*Laudem Deo nostro super  
omnibus , & super multitudi-*

H 4 nem

nem bonorum, quæ largitus est  
mihi secundum indulgentiam  
suam, & secundum multitudi-  
nem miserationum suarum.

---

*Creatio, conservatio,  
& providentia.*

**T**U, Domine, formasti me de  
limo terra ad imaginem,  
& similitudinem tuam. Spiritus  
tuus, Domine, fecit me; & spi-  
raculum omnipotentis vivifica-  
vit me; ut vivaret anima mea,  
& laudaret te, & recordarer  
creatoris mei omnibus diebus  
vitæ meæ, & invocarem Deum  
meum in omni tempore.

Tu conservas me, qui bono-  
rum meorum non eges, creatu-  
ram tuam; opus manuum tua-  
rum. Tu pacis me a juventute  
mea;

mea; & tibi est cura de me, &  
das mihi escam in tempore op-  
portuno; tu regis me, & guber-  
nas me, & mandasti Angelis tuis  
de me, ut custodiant me in om-  
nibus viis meis.

---

*Redemptio, & donum  
Spiritus Sancti.*

**D**editi Filium tuum unige-  
nitum, qui dilexit, & la-  
vit nos a peccatis nostris in san-  
guine suo; qui dedit semeti-  
plum oblationem, & hostiam;  
& reconciliavit nos tibi, factus  
nobis iustitia, sanctificatio, &  
redemptio.

Dediti Spiritum Sanctum;  
Spiritum veritatis, qui docet  
nos omnem veritatem; qui lo-  
quitur ad cor nostrum; adjuvat

infirmitatem nostram , & postu-  
lat pro nobis gemitibus inenar.  
tabilibus .

*Fides , & Iustificatio .*

**V**ocasti me de tenebris in ad-  
mirabile lumen tuum ; ad  
agnitionem veritatis ; ad cognos-  
cendum te solum verum Deum ,  
& quem misisti Jesum Christum .  
Revelasti per spiritum tuum my-  
sterium a faculis absconditum ,  
& quod alii generationibus non  
est agnitus , sicut sanctis Aposto-  
lis tuis , & Prophetis .

Justificasti gratis per gratiam  
tuam , & mundasti me per la-  
vacrum regenerationis , & reno-  
vationis Spiritus Sancti , quem  
effudisti in nos abunde per Sal-  
vatorem nostrum Jesum Chri-  
stum .

*Va.*

*Vocatio ad Religioiem ,  
& Sacerdotium .*

**S**uscepisti me de via iniquita-  
tis , & asumpsisti , ut inhabi-  
bitarem cum servis tuis in domo  
tua : vocasti me vocatione tua  
sancta in societatem Filii tui ; in  
loco pascuae collocasti .

Elegisti in sacerdotem ad sa-  
crificandum tibi hostiam laudis ;  
aceptabile holocaustum , &  
placabile sacrificium pro popu-  
lo tuo . Cibasti me pane sancto ,  
& calice salutari potasti me .

*H 6 Li.*

*Liberatio a malis; expectatio ad pænitentiam; & preservatio.*

**I**liberasti me secundum multitudinem misericordia tuorum de manibus querentium animam meam. Non recessisti a seruo tuo, nec succidisti arborem non ferentem fructum; sed sustinuisti me in multa patientia.

Jacentem erexit; manum tuam cadenti supposuisti. Lassum roborasti; dormitantem excitasti; errantem reduxisti; in tribulatione confortasti; cor meum dilatasti; circundedisti me misericordia tua, & prævenisti in miserationibus tuis multis.

Quanta fecisti, Deus, animæ meæ! Propterea confitebor, & lau-

laudem dicam tibi, & benedicem semper nomini tuo, & gloriarabor in miserationibus tuis: miserationum tuarum, Domine, recordabor.

*Scrutatur vias tuas.*

**E**go autem, repletus misericordia tua, retribui tibi mala pro bonis. Qui consideras vias meas, & cunctos gressus meos dinumeras, aperi oculos meos, ut videam, quam sim pauper, exacus, & nudus. Peccata mea ita tue contra faciem meam.

Pravum est cor hominis, & inscrutabile. Quis cognoscet illum? Scrutans corda, & renes Deus: oculi ejus super vias filiorum Adam, & reddet unicuique, secundum fructum ad inventionum ejus.

Plo.

*Plorat in amaritudine  
peccata sua.*

**N**On ne Deus requiret ista? Quid respondebo ad arguentem me? Si justificare me voluero, pravum me comprobabit. Veruntamen vias meas arguam in conspectu ejus, & meum judicem deprecabor; & ipse erit Salvator meus.

Humiliata est in conspectu tuo anima mea, Domine. Peccavi; quid faciam tibi, o custos hominum? Peccata mea in oculis tuis: in conspectu tuo iniquitates meæ. Non audeo levare faciem meam: confusus sum vehementer.

Peccavi, Domine, peccavi. Peccavi, & iniquitatem meam ego

ego cognosco. Peccavi, & malum coram te feci. Feci malum in conspectu tuo; pravaricatus sum in te. Charitatem primam reliqui; recessit cor meum a te; tepidis factus sum. Non sum dignus vocari filius tuus.

Plorabo in fletu; plorabo in amaritudine animæ meæ. Vide, Domine, afflictionem meam: vide, Domine, quia contritione magna contritus sum; insanabilis est dolor meus propter iniquitates meas.

*Statuit custodire legem Domini.*

**A**Mandatis tuis non recedam amplius; a semitis tuis non declinabo. Faciam, quod est bonum in conspectu tuo; custodiā legem tuam; ambulabo in

in novitate vita; ambulabo sollicitus coram te.

Custodi, Deus, hanc voluntatem; confirma me in omni opere bono, & gressus meos perfice, ut non moveantur vestigia mea. Conserva me in timore tuo; corroborata me; & confundentur, qui pugnant adversum me. Multi, qui persequuntur me, & tribulant me. A testimoniosis tuis non declinabo.

*Misericordiam implorat.*

**E**T nunc, Domine, Deus omnipotens, Deus patrum nostrorum, in animo contrito, & spiritu humilitatis, flecto genua cordis mei. Qui pius es, misere re mei; aut in flagello tuo vindica iniquitates meas, & noli

tra-

tradere confidentem te inimicis tuis.

Remitte mihi, Domine, remitte mihi. Ne simul perdas me cum iniquitatibus meis, neque in aeternum reserves mala mihi; ne tradas in perpetuum. Non auferas misericordiam tuam; sed fac tecum, juxta mansuetudinem tuam, & secundum multitudinem misericordie tuae; quia tu es Deus altissimus, benignus, longanimis; & investigabilis misericordia tua.

Peccavi; sed advocationem habeo, apud te, filium tuum, quem misisti, Salvatorem mundi, & posuisti propitiatorem, in quo habemus fiduciam, & accessum per fidem ejus. Per ipsum accedo ad thronum gratiae, ut misericordiam consequar, & gratiam inveniam.

Pro.

Protector noster adspice Deus, & respice in faciem Christi tui, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me, semper vivens, ad interpellandum pro me. Et laudabo te omnibus diebus vita mea, quem laudat omnis virtus eorum; & tibi est gloria in secula seculorum. Amen.

### AFFECTUS ANIMÆ COMPUNCTÆ.

*Gemitus meus a te non est absconditus. Ps. 37.*

*Recordatur primi fervoris.*

Quis mihi tribuat, ut sim juxta dies antiquos; secundum dies, quibus Deus custodiebat me? Quando erat mecum om-

omnipotens, & in omnipotente delectabar; loquebatur, & ardebat cor meum; clamabam, & exaudiebat me; quarebam illum, & inveniebam; vocabam, & respondebat mihi: visitabat me, & fluebant aromata illius.

Meditabar in lege ejus, & dulcia erant faucibus meis eloquia ejus; & latitia, & gaudium conversatio illius. Confortabat me; & leve erat onus ejus, & suave jugum ejus.

Replebat pace animam meam, & reficiebat spiritum meum: in pascuis pinguibus, & uberrimis pascebat me: fonte aquæ vivæ potabat me; & hauriebam aquas in gudio de fontibus Salvatoris.

Præcedebat me pastor bonus; & sequebar vocem ejus; per setitas suas deducebat me; & ad lu.

lumen illius ambulabam ; & dilatabat gressus meos; laetum sustentabat, & portabat in humeris suis.

*Agnoscit temporum suum.*

**N**unc autem reductus sum ad nihilum ; & tabescit in me anima mea : in lacum misericordiae projectus sum ; infixus sum in limo profundi, in luto fecis. Ablata est lux ; contenebrati sunt oculi mei ; & contexerunt me tenebrae. Quale gaudium erit mihi, qui in tenebris sedeo, & lumen cali non video !

Anima mea sicut terra sine aqua ; nec ros, nec pluvia veniunt super me. Pons aquarum vivus siccatus est ; aridum cor meum ; attenuatum est robur meum ; de-

re.

reliquit me virtus mea : languui, & defeci ; defecit spiritus meus. Quanti mercenarii abundant in domo patris mei panibus ! Ego autem hic fame pereo.

Ubi sunt misericordiae tuæ antiquæ, Domine ? Ubi sunt misericordiae tuæ ? Intuere, & respice opprobrium meum. Ignominia operuit me ; non audeo levare faciem meam ; confusus sum vehementer. Vide, Domine, & considera, quoniam factus sum vilis ; squallens calamitate, & miseria.

*Plorat divinam absentiam.*

**Q**uis dabit capiti meo aquam, & fontem lacrymarum oculis meis, & plorabo die, ac nocte. In abscondito plorabit ani-

anima mea coram Domino , qui fecit me . Plorans plorabit ; & oculus meus deducet lacrymas , quia longe factus est a me consolator ; abscondit faciem suam a me .

Replevit me amaritudine ; animam meam posuit desolatam , & moerore confectam . Defecit gaudium cordis mei ; periret latitia , & exultatio . Possident me dies afflictionis ; factus sum mihi eti ipsi gravis . Non est , qui consoletur me . Quis medebitur mihi ? Plorabo , & non quiescam : non tacebit pupilla oculi mei , quia recessit a me Deus meus .

*Ado.*

*Adorat divinam Justitiam .*

M Agna , Domine , judicia tua ; quia non egi secundum præcepta tua , & ambulavi sincere coram te ; & tu justus es in omnibus , quæ venerunt super me . Tibi , Domine , justitia ; mihi autem confusio . Vix meæ , & cogitationes meæ fecerunt hæc mihi : diviserunt inter me , & Deum meum ; peccata mea pervenerunt usque ad cælum ; malitia mea ascendit coram te .

Peccavi , Domine , peccavi ; inique egi ; iniquitatem feci ; non feci voluntatem tuam ; & mandata tua non custodivi . Recordor transgressionum meorum ; peccavi ab adolescentia mea :

192

mea; statui abominationes; mul-  
tiplicavi offendentes.

Excitavi iracundiam tuam;  
exacerbavi te, Deus eterne; con-  
taminavi testamentum tuum;  
contempsi timorem tuum. Abi-  
vi in sensum cordis mei, faciens  
mala ante oculos tuos.

Propterea traditus sum in di-  
reptionem; traditus sum in ma-  
nus inimicorum meorum. Ere-  
cti sunt contra me; viderunt  
me, & spreverunt me; circun-  
dederunt me, & coangustave-  
runt me undique; irruerunt su-  
per me, & prostraverunt me,  
quia tu abjecisti me.

Projiciens repulisti me; pro-  
jectus sum a facie oculorum tuo-  
rum: & nunc, quid dicam post  
huc? quia dereliqui mandata  
tua. Vera, & justa sunt judicia  
tua, Deus omnipotens: justa,  
&

193

& vera sunt viae tui, rex facu-  
lorum.

---

Considerat divinam  
indignationem.

Dereliquisti, anima mea, De-  
um factorem tuum, & re-  
cessisti a Deo salutari tuo: ob-  
lita es Dei, qui creavit te, &  
salvavit te, & enutrivit te. Non  
es recordata finis tui; non es re-  
cordata adjutoris tui; non co-  
gnovisti tempus visitationis tui.

Inquinata sunt viae tui; ma-  
culata es in iniuitate tua; in  
medio folidum habitatio tua;  
malitia tua execrabilis; facta es  
abominabilis coram Domino  
Deo tuo. Indignatio Domini  
super te, quia contempsisti le-  
gem Altissimi; recessisti, ne au-  
di.

I

194

dires vocem ejus; abalienata es retrorsum, & noluisti in viis ejus ambulare; provocasti oculos majestatis ejus.

Propterea complevit furorem suum omnipotens; recordatus est iniquitatum tuarum; extendit manum suam, & aggravavit eam super te. Arcum suum extendit; effudit, quasi ignem, indignationem suam; effudit indignationem furoris sui: iratus est vehementer.

---

*Concipit timorem Domini.*

**Q**uis stabit ante faciem indignationis ejus, & quis resistet in ira furoris ejus? Ardens furor ejus; labia ejus repleta indignatione; lingua ejus, quasi ignis devorans; sagittæ ejus acutæ.

A fa.

195

A facie ejus cruciabuntur populi; a facie ejus contremiscet terra; a facie ejus movebuntur cœli. Ulciscens Dominus, & habens furorem; ulciscens, & irascens inimicis suis. Quis sustinet eum?

Veh mihi, quia peccavi! Veh mihi, quia prævaricatus sum! Revelabunt cali iniquitatem meam; & terra consurget ad. versum me. Ponet contra me abominationes meas. Oculi ejus in me; non subsistam. In turbine conteret me.

Quid faciam in die tribulationis; in die calamitatis; in die illa magna, & horribili, quando veniet, indutus vestimento ultionis, percutere terram, & visitare orbis mala? Ubi me abscondam a facie timoris ejus; a gloria majestatis ejus?

I 2 Cl-

*Clamat ad Dominum.*

**E**T nunc, Domine Deus omni-  
potens, Deus patrum meo-  
rum, anima in angustiis, & spiri-  
tus anxius clamat ad te. Domi-  
ne, ante te omne desiderium me-  
um, & gemitus meus a te non  
est absconditus.

Recogitabo tibi omnes annos  
meos in amaritudine animæ  
meæ. Anima mea turbata est  
valde: sensus cordis mei turba-  
ti sunt in me: tremor, & hor-  
ror invasit me: afflictus sum, &  
humiliatus sum nimis: venit su-  
per me indignatio.

Domine, quando respicies?  
Usquequo clamabo, & non ex-  
audies? Quare in perpetuum  
oblivisceris mei? Quare repel-  
les

les in sempiternum, & consu-  
mentur in confusione dies mei?

Audi, Domine, & miserere:  
Non avertas aurem tuam a cla-  
more meo; non enim abjecisti  
filios hominum, & non defece-  
runt miserationes tuæ.

Manum tuam longe fac a me,  
& formido tua non me terreat:  
ne tradas in perpetuum; ne au-  
feras misericordiam tuam. Vi-  
de, Domine, afflictionem me-  
am; vide desolationem meam:  
tu sis via mea.

Recordare paupertatis meæ;  
recordare nominis tui; converte  
luctum meum in gaudium.  
Revertere, revertere; innova  
dies meos, sicut a principio.

Et laudabo te in terra pe-  
regrinationis meæ; laudabo  
nomen tuum, & sacrificium  
sanctificationis offeram tibi,

198  
& gloriabor in miserationibus  
tuis.

*Confidit in Christo.*

Domine Iesu, pastor bone,  
qui venisti in hunc mun-  
dum peccatores salvos facere;  
qui pro oib⁹ tuis animam tu-  
am posuisti, & dedisti te obla-  
tionem, & hostiam pro peccatis  
nostris, miserere mei, quoniam  
in te confidit anima mea.

Propter te accedo ad thro-  
num gratiæ, ut misericordiam  
consequar, & gratiam inve-  
niam. Peccavi; sed advocatum  
habeo te apud Patrem. Erravi,  
sicut ovis, quæ perire; quæ re-  
servum tuum, & reduc ad oves  
pastores tui. Memento mei, De-  
us meus, ne perdas, quem rede-  
misti.

LAU-

199

---

LAUDES DIVINÆ  
IN NOCTE.

*In nocte canticum Domini.  
Psal. 41.*

Audabo in nocte, in princi-  
pio vigilarum: laudabo,  
& effundam cor meum ante  
conspectum Domini: laudabo,  
& invoco nomen ejus cum la-  
titia cordis: cantabo in nocte  
canticum Domini; tota nocte  
non tacebo laudare nomen Do-  
mini.

Qui posuit tenebras latibu-  
lum suum (& gloria ejus in cali-  
gine), apparuit nocte sanctis suis,  
& de medio tenebrarum fecit  
audire vocem suam. Fecit lu-  
nam in tempora; sol cognovit

14 OC.

occasum suum . Effundit tenebras super terram , & per siderum flamas illuminat noctem .

Lux , & tenebrae benedicte Dominum ; noctes , & dies benedicte Dominum ; sol , & luna benedicte Dominum . Benedicant stellæ cxli , & luceant ei cum jucunditate , qui fecit illas .

Benedicite Dominum omnes servi Domini , qui statis in domo Domini in atrijs domus Dei nostri . In noctibus extollite manus vestras in sancta , & benedicte Dominum . Confitemini , & invocate nomen ejus : laudamini in nomine sancto ejus . Cantate in nocte mirabilia ejus ; cantate in nocte laudes ejus ; collaudate , & confitemini illi , quoniam in omnia saecula mise ricordia ejus .

In-

*Invocatio Dei in nocte .*

Quam bonus Israel Deus iis , qui recto sunt corde ! Bonus Dominus omnibus sperantibus in eum ; anima querenti illum : spes enim illorum in salvantem illos ; & oculi Domini in diligentes se .

Qui timet Dominum , nihil trepidabit , & non pavebit ; quoniam ipse est spes ejus , & fortitudo ejus . Benedicet Dominum , qui creavit illum ; latabitur , & sperabit in eo . Quis enim invocavit eum , & despexit illum ? Nullus speravit in eo , & confusus est .

Inimici Domini timebunt die , ac nocte ; & persequentur eos tenebrae . Dominus percutiet il-

I 5 los

los cæcitate; vinculis tenebrarum colligabit: lux autem maxima Sanctis suis. Videntes mirabilia ejus decantabunt, & glorificabunt nomen sanctum ejus.

Domine Deus salutis meæ in die clamavi: clamabo in nocte coram te; levabo manus meas: elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Clamabo ad Deum altissimum; Deum, qui benefecit mihi. Protector meus; in ipso speravi, & adjutus sum.

Spera anima mea in Domino Deo tuo: leva oculos tuos in celum, unde veniet auxilium tibi; auxilium tuum a Domino, qui fecit celum, & terram. Dominus protectio tua; non dormitabit, qui custodit te; non dormitabit, neque dormiet, qui custodit te, Deus Israel. A custo-

dia

dia matutina usque ad noctem spera anima mea in Domino.

Sperabo in nomine tuo Domine; Deus meus sperabo in te; Deus meus misericordia mea; in protectione tua commorabor. Non timebo in obscuro; in tenebris noctis. Non timebo a timore nocturno; quoniam tu tecum es, & invocavi te.

Oriatur in tenebris lumen tuum; & nox, sicut dies illuminabitur; & replebitur splendore gloria tua.

## PRO NOCTURNA QUIETE.

*Si dormieris, non timebis;  
& suavis erit somnus tuus.  
Proy. 3.*

ALERE FLAMMAM  
VERITATIS

**D**omine Deus meus, qui posuisti tenebras, & facta est nox; qui das dilectis tuis somnum, effunde super me benedictionem tuam, & sanctifica habitationem meam, ut in pace dormiam, & requiescam.

Fiat cor meum, & corpus meum immaculatum. Custodiant me sancti Angeli tui; & tu, Domine, custodi me, ut pupillam oculi; sub umbra alarum tuorum protege me: conserva me in hac nocte, quoniam speravi in te. Protector vita mea, Deus me-

meus, ne repente succidas me: custodi me ab omni malo; custodi animam meam, Domine Deus meus.

Fac, ut serviam tibi in sanctitate, & justitia, coram te omnibus diebus vita mea, expectans beatam spem, ut in pace consummans cursum meum ingrediar in illam requiem, ubi nox ultra non erit: & serviam tibi die, ac nocte in templo tuo, & videbo faciem tuam, & requiescam in gloria tua, laudans te in facula luxorum. Amen.

Benedic mihi Dominus, & custodiat me; ostendat faciem suam, & misereatur mihi. Convertat vultum suum ad me, & det mihi pacem. Invocabo nomen ejus, & benedic mihi.

ANTE

## ANTE SOMNUM.

*In cubilibus vestris compungimini.*

Psalms. 4.

**E**xpolier, Domine, veterem hominem cum actibus suis; & non regnet peccatum in mortali corpore meo, ut obediam concupiscentiis ejus.

Non transgrediar in lecto meo, nec dicam: quis me videt? Delictorum meorum non memorabitur Altissimus. Cognovi enim, quoniam omnia videt oculus tuus; & licet tenebrae circumdant me, & parietes cooperiant me, & nemo me circumspiciat, non abscondar a facie tua.

Conservabo præcepta tua in cor-

corde meo; & cum dormiero, custodient me, & evigilans loquar cum eis. Meditabor nocte cum corde meo, & in cubili meo compungar.

Anima mea desiderabit te in nocte; sed & spiritu meo in praecordiis meis de mane vigilabo ad te. Memor ero nocte nominis tui; memor ero tui super stratum meum, & in matutinis meditabor in te, & ad ortum lucis te adorabo.

Dormiam; sed cor meum vigilat ad te, ut delectetur in te anima mea, & laudet te in nocte, donec consurgam de somno meo, ad annunciatum mandatum misericordiam tuam.

Requiesce in me, Deus meus, & in te requiescat anima mea. Hoc requies mea; delectari in Domino Deo meo; in Domino

gau-

208

gaudere, & exultare in Deo Je-  
su meo.

---

### HORA SOMNI.

*Ascendam in lectum strati mei,  
& nomen Domini invocabo.*

Psalm.

**E**xurgat Deus, & dissipentur  
inimici ejus, & fugiant a facie  
ejus: sicut deficit tumus, defi-  
cient; sicut fluit cera a facie  
ignis, sic pereant a facie Dei.  
Deus in adiutorium meum in-  
tende: Domine ad adjuvandum  
me festina.

Convertere anima mea in re-  
quiem tuam, quia Dominus be-  
nefecit tibi. In pace in idipsum  
dormiam, & requiescam. Re-  
quiem dabit servo suo, & non  
erit,

209

erit, qui me exterreat. Domi-  
nus in latere meo; & custodiet  
me: a dextris est mihi, ne com-  
movear.

Immitte in me, Domine, so-  
porem sanctum; & dulcis erit  
somnus oculis meis. Ne terreas  
me per somnia, nec per visiones  
horrore concutias: non me con-  
turbent in lecto meo cogitatio-  
nes meæ.

In manus tuas commendo  
spiritum meum, ne cum im-  
piis dormiam somnum sempiter-  
num; sed in pace sit locus meus,  
& in Sion habitatio mea.

M.E.

MEMORIA  
NATIVITATIS CHRISTI  
IN NOCTE.

*Apparuit humanitas Salvatoris  
nostrī. Ad Tit. 3.*

**D**Um medium silentium tene-  
rent omnia, & nox in suo  
curfu medium iter haberet, om-  
nipotens sermo tuus, Domine, de  
caelis a regalibus sedibus venit.

In lectulo meo quaram per  
noctes, quem diligit anima mea.  
Non dabo somnum oculis meis;  
nec palpebris meis dormitatio-  
nem; nec requiem temporibus  
meis, donec inveniam locum  
Domino; tabernaculum Deo  
Jacob.

Qui media nocte, quando som-  
nus solet occupare homines, tan-

quam

quam sponsus de thalamo suo,  
de utero Virginis egressus es, &  
mundo apparuisti; faciem tuam  
illumina super me, ut cognos-  
cam in tenebris mirabilia tua.

O sapientia, quæ de ore Altissimi prodiisti! O Adonai, &  
dux domus Israel, qui Moysi in  
igne flammæ apparuisti, & in Si-  
na legem dedit! O radix Jesse,  
qui stas in signum populorum!  
O clavis David, & sceptrum do-  
mus Israel!

O oriens splendor lucis æter-  
næ, & sol iustitiae! O rex gen-  
tium, & desideratus earum! O  
emanuel rex, & legifer noster!  
Salva hominem, quem de limo  
formasti; salva nos, Domine  
Deus noster.

FINIS.

## IGNATIUS VICECOMES

*Præpositus Generalis Societatis  
JESU.*

Cum Librum, cui titulus, *Dies Sacra per loca Sacra Scriptura progrediens, Auctore Joanne Scotti Societatis Jesu, aliquot ejusdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi posse probaverint; facultatem facimus, ut typis mandetur; si iis, ad quos pertinet, ita videbitur. Cujus rei gratia has litteras manu nostra subscriptas, & sigillo nostro munitas dedimus. Romæ 5. Februarii 1753.*

Ignatius Vicecomes.

Jas.  
Qu.  
nus sol

I N.

INDEX  
OPUSCULI.

A mane ad meridiem.

- I**n exortatione matutina. a p. 7 ad 9.  
Laudes divina in surrectione matutina. a 9 ad 12.  
Post surrectionem matutinam. a 12 ad 19.  
Mentalis oratio. a 19 ad 31.  
Laudes divina ex operibus creationis. a 31 ad 47.  
Attus fidei, spei, & charitatis. a 47 ad 52.  
Oratio dominica. a 52 ad 68.  
Hora tertia. a 68 ad 70.  
Confessio sacramentalis. ad 70.  
Ante Sacrum, & Communionem.

214

- Sacramentalē. a 79 ad 93;  
& a 112 ad 115.  
Hora Sacri, & Communionis  
Sacramentalis. a 93 ad 95.  
Post Communionem Sacramen-  
tum, & Sacrum. a 95 ad 112.  
Ante studium. a 115 ad 117.  
Ad petendum prudentiam in agen-  
dis. a 117 ad 118.  
Hora sexta. a 118 ad 120.  
Refectio. a 120 ad 122.

A meridie ad noctem.

- Laudes divinae ex divinis perse-  
ttionibus. a 125 ad 138.  
Hora nona. a 138 ad 140.  
Lečito spiritualis. a 140 ad 142.  
In visitatione SS. Eucaristia.  
Adoratio, & laus. a 142  
Jas. ad 151.  
Quo quis anime ad Christum.  
nus loī v̄st ad 156.

Pre-

215

- Preces varia ad Christum.  
a 156 ad 165.  
Preces pro sancta morte. a 165  
ad 170.  
Ad SS. Virginem. a 170 ad 175.  
Examen conscientia. a 175  
ad 186.  
Affection anima compunita. a 186  
ad 199.  
Laudes divinae in nocte. a 199  
ad 206.  
Ante somnum, & hora somni.  
a 206 ad 211.

ESTACION 32



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

J. A. AUGUSTO  
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS  
nus lo

UAN

DAD AUTÓNOMA DE NUEV  
OCIÓN GENERAL DE BIBLIOTE

Jas  
Q.  
nus I.